BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 C
48

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
20 13 26

20
B
26

20.6.11

13-14.d.18

DECRETORVM
APOSTOLICAE SEDIS,
Conciliorum, Sacrarum Congregregationum, & Patrum.
AVREA CATENA,

Quæ ſub vna Synodo, dum noua præcepta Eccleſiæ Vmbriaticenſi:

PRAESCRIBIT

Antiquis Sanctionibus noua decernit

Studio

FR. THOMAE TOMASSONI

Epiſcopi Vmbriaticenſis, ac Terræ Sancti Nicolai Baronis ex Ordine Prædicatorum Aſſumpti.

Olim in Romano Mineruæ Collegio Theol. Cathedratici.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

ROMAE,

Ex Typographia Ignatij de Lazzeris. MDCLIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

D. O. M.

Noua & Vetera, quæ in Canticis Canticorum
Olim Dilecto ſuo Sponſa Cœleſtis
Exhibuit
Nunc iterato Vmbriaticenſis Eccleſia
Dum ex Antiquis noua hæc decreta
Synodo coacta
Colligit
Eidem Sponſo Amatiſſimo
In amoris obſequium, ac pignus
Vetera in nouis, & Noua in antiquis
D.D. Dedicat.

EMINENTISS.MO PRINCIPI

IO. DE LVGO

S. R. E.

CARD. AMPLISSIMO.

FR. THOMAS TOMASSONVS
Epiſcopus Vmbriaticenſis. Fel.

EN Tibi, Princeps Eminentiſsime, primi præſulatus mei offeruntur fructus. Nec mirũ quos Deo maximo, vna cum mea Eccleſia conſecraui tuo appetant foueri patrocinio, cum enim ex doctiſsimis, quos edidiſti voluminibus, hoc eſt ex viridario ſelectiori ſapien-

tiæ,

tiæ, nonnulla collegerim ſemina quæ ſparſa in hoc opuſculo ſtatim, quia tua creuerunt in fructus hoc author exigebat beneficentiæ; vt pro grato animo te velut authorem gererent in fronte, ſub tua clientela gratius ab eo qui omnia reſpicit inſpiciendi. Accipe igitur iſtud obſeruantiæ meæ ſtudioſum tributum, quod licet munuſculũ ſit magnum tamen erit, quia deſumptum ex tuo. Vale ſapientum Corona, honor ipſe ſapientiæ.

Lectori Beneuolo.

QVOD Synodum iſtam eruditionum contexerim argumentis, itaut aliquando hiſtoriæ, aliquando cōtrouerſiæ faciem præſeferat, non miſeris lector, vt enim rectò procederet ordine, inuerſo ordine erat præſcribenda, nam cum in Calabria citra, quæ magna olim iactabatur Græcia Diœceſis mea ſita ſit, vbi ſcilicet theatralem agebat pompam ſapientia, & modo ignauia ſecura quieſcat ſede, vt ſuo confirmaretur loco, cum oppoſitum natiuæ doctrinæ ibi repererit oppoſito modo procedere neceſſe fuit. Sic igitur, quæ ſimplex ſolis ſuis contenta decretis apparere debuerat, ſuperueſtiri eruditionibus, ornari argumentis, perpoliri doctrinis opere pretium habuit, vt ita ignauiæ reuolutis aſpectibus antiquus ſapientiæ nitor in antiquo loco nouiter videretur.

Quod autem ſemel Caietani, ac Vgonis authoritatibus decreta hæc quæ ſemper Summorum tribunalium præceptis ſugillata ſunt, confirmauerim, tantorum virorum præſtantia errorem iſtum, ſi quis eſt excuſatum faciet, alios autem quos tranſcurres authores, diſcurſus dum flueret ſecum rapuit non tamen ſunt authoritatis loco quibus ſtatuta tradita confirmentur.

Nec quod iſtas ſanctiones antiquas dixerim, ita intelligas, vt ſingulæ canitiem habeāt eſto ferè omnes ſint vetuſtiſsimæ ſed antiquæ vocantur, quia

iam

iam à ſupremis ſedibus emanarunt, & hoc nouum eſt circa ea quæ nouiter præcipienda occurrunt, iam traditis ſanctionibus prouidere.

Vnum, quod à te deprecor, ſupereſt, nimirum quod opuſculum hoc præli vulneribus ſauciatum non dedigneris, erratum eſt plurimum in opere, fateor, correctionem erratorum addidi; ergo ignoſcendum mihi eſt, quia me correctioni ſubiicio, & dum ab aliis per hoc opuſculum reuocare errores intendo primus errata mea corrigo. Vale.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A Argulus Viceſg.

Imprimatur, Fr. Vincentius Fanus Sac. Pal. Apoſt Mag. Socius Ord. Præd.

Procœmium 1.
De ratione cogendi ſynodum.
Refertur Antiquitas conciliorum etiam hæreſes contra conciliorum indictiones recenſentur, & probantur.
Quod Chriſtus ſynodales congreſſus decreuerit 2.

Conſtitutiones, & decreta.

Cap. 1. confirmantur anteactæ ſynodales ſanctiones 4.
Cap. 2. De fidei profeſſione 5.
Cap. 3. de Doctrina Chriſtiana 6.
Cap. 4. de reliquijs. Referuntur, ac refelluntur hęreſes cultui reliquiarum oppoſitę 8.
Antiquitas reliquiarum à tempore Moyſis oſtenditur, & in noua lege ſingula percurrendo ſęcula demonſtratur 9.
Decreta circa hanc materiam traduntur 13.
Cap. 5. de ſacris imaginibus 16.
Quod cultus imaginum non ſit modernus contra Caluinum.
Afferuntur decreta 19.
Cap. 6. de feſtiuitatibus 21.
Quod non ſteterint ad aduentum Chriſti ſolemnia, ſed aliç antiquæ legis ſolemnitatibus in ſtatu gratiæ ſucceſſerint 22.
Traduntur decreta, & feſta de præcepto re-

cenſentur 24. & 26.
Cap. 7. de ieiunio adducuntur, & impugnantur hęretici ieiunio oppoſiti 29.
Explicantur genera ieiuniorum.
Quid obſeruandũ in eccleſiaſtico ieiunio 30.
Quod ieiunia Quadrageſimale,& quatuor tẽporum non ſint ſuperſtitioſa contra hæreticos 30. & 31.
Quid requiratur ad huiuſmodi ieiunia 33
Venatio tempore quadrageſimæ olim prohibita ne daretur occaſio veſcendi carnibus 33.
ſingulis ferijs ſextis, & ſabbatis ex antiquis temporibus, quidquid hæretici delirent à carnibus abſtinemus 34;
Cap. 8. de parochis, ac decimis 35.
Cap. 9. de eccleſijs 38.
Hæreſim ſapiunt contemnentes eccleſias.
Afferuntur contra prophanos decreta 39.
Cap. 10. de prędicatione 43.
Quomodo ſe gerere debeant concionatores, & precipue deteſtandos eſſe hiſtriones, & eos qui ſolis floribus ſunt contenti.
Quod peccata pręlatorum, ac principum niſi ſint publica, & in ſcandalum populos trahant non ſunt publice reprehendenda 45.

SECVNDA PARS.

De clericis.

Sin-

Singula quæ ad clericos ſpectant per certa capita diſtinguenda promittitur 48.
Cap. 1. de frequentatione eccleſiæ 49.
Cap. 2. de habitu clericorũ antiquo, & qualis modo ſeruandus ſit 51.
Cap. 3. de corona, quod corona non incœperit tempore Auguſtini, ſed ab antiquis temporibus 53.
Quare comas longas deferre non poſſint 54.
Cap. 4. de continentia 55.
Cap. 5. de armis non ferendis 58.
Cap. 6. de venatione, & itinere cleric. 59.
Cap. 7. de bonis, ac redditibus clericorũ 60.
Cap. 8. de tribunali laico vitando 61.
Cap. 9. contra fæneratores 62.
Cap. 10. de menſa clericorum 63.
Cap. 11. de ludis 64.
Cap. 12. de falſis teſtibus 65.
Cap. 13. de lectione caſuum 66
Cap. 14 Quos libros poſſunt ſibi aptiores legere 68.

TERTIA PARS.

De clero, & primo de dignitatibus:

Cap. 1 de archidiacono.
Afferuntur quę ad hanc dignitatẽ ſpectant 70
Cap. 2 de decano 72.
Cap. 3 de archipresbytero 73.

Cap. 4 de cantore 74
Cap. 5. de Teſaurario 75
Cap. 6. de ſubcantore 76
Cap. 7. de clericis coniugatis 76
Cap. 8 de Diaconis ſiluaticis 77
Cap. 9 de iudicibus ſynodalibus 78
Cap. 10 de examinatoribus ſynodalibus 79
Cap. 11 de reuerentia clero exhibenda 81
Cap. 12 de magiſtris diſciplinarum 82
Cap. 13 de ſeminario 85
Cap. 14 de caritatiuo ſubſidio, & à quibus præſtandum 88

QVARTA PARS.

De immunitate eccleſiaſtica

Cap. 1 de immunitate clericorum 93
Oſtenditur contra hæreticos immunitatē nō à tempore Cōſtantini, ac Valentiniani, ſed multo antea exordium habuiſſe percurendo decreta pontificum, & conciliorum.
Adducūtur Imperatores ipſam atteſtantes 96
Quod immunitas ſit de iure diuino explicatur, & decreta afferuntur 97 & 98
Cap. 2 de immunitate eccleſiarum 105
Qui gaudeant, & qui non gaudeant

QVINTA PARS.

De funeribus defunctorum

Cap. 1 de exequijs 108

Oſten-

Oſtenditur hæreſim eſſe exequiarum cultum denegare adducendo hęreticos, qui ipſas deteſtati ſunt 108
Exequias ab antiquo decretatas eſſe manifeſtatur 108
Ceremoniæ adhibendæ ſuper defunctos 109
cap. 2 de proceſs. ac pſalmodia
Explicatur quidquid pertinet in proceſſionibus defunctorum, & pręeminentia parochi in hoc manifeſtatur decidendo quid inter ipſos, & regulares faciendum ſit 113
In morte Epiſcoporum quid agendum 114
cap. 3 de planctu
Mos antiquus plangédi, & mos Calabriæ 117
cap. 4 de cereis, ac eleemoſynis, vbi de quarta funerali 118
cap. 5 de miſſis
Oſtenditur in omnibus ſære nationibus decreta fuiſſe ſagrificia, & hoc ex concil. 120
Ordinantur multa ex ſacris congregationibus circa eleemoſynas miſſarum 121
Bulla Vrbani de celebratione miſſarũ explicatur ſemper adducendo decreta congregationum 122
Alia ſpectantia ad miſſas defunctorum referuntur 125
cap: 6 de ſepulturis defunctorum 127

quid-

Quidquid ſpectat ad ſepulturam ſanctionibus exponitur, & quibus dandum quibuſue ſepulcrum ſit denegandum 130

SEXTA PARS.

De Sacramentis 132
Cap. 1 de Baptiſmo
Adducuntur hæretici, qui oppoſitum huic ſacramento mentiti ſunt, & veritas catholicorum adducitur 134
Afferuntur ſingulæ ceremoniæ ex decretis ſupremis in actu baptizandi emanatæ, & qui contrarium male ſenſerint 137
cap. 2 de ſacramento confirmationis 139
Quomodo Chriſtus Dominus ſacramentum iſtud inſtituit 139
Heretici, qui aduerſantur refelluntur, & ſtatuuntur decreta 140
cap. 3 de ſacramento euchariſtiæ 141
Explicatur quidditas illius, ac inſtitutio
Contra hydroparaſtas aquam vino admiſcendam eſſe determinatur
Afferuntur ordinationes 142
Errores cōtrarij tanto ſacrificio refellūtur 145
Ordinantur plurima admiſſam pertinentia & quæ miſſæ vitandæ ſint
Oſtenduntur præcipue ceremoniæ confirmatę authoritatibus Pontificum contra Calui-

num, qui illas hiſtrionicas actiones mentitus eſt 151
cap. 4 de Sacramento Pœnitentiæ 153
Hęretici, qui ipſi ſunt aduerſati reprobantur
Partes huius ſacramenti declarantur
Confeſſionem nō eſſe humanum inuentum contra oxomenſem declaratur 134
Oſtenduntur ſingula quæ ad confeſſionem deſi derantur tam ex parte miniſtri, quam ex parte pœnitentis 156
cap. 5 de caſibus reſeruatis, & de 3. parte Sacramenti pœnitentiæ 159
Caſus adducuntur cū confirmationibus conc.
Adnectitur ad iſtos caſus 3. pars ſacramenti, quæ eſt ſatisfactio, & oſtēditur ex conc. 161
cap. 6 de ſacramento extremę Vnctionis 163
Qui illā negauerint receſentur, & reprobantur
Eius quidditas oſtēditur, & ſāctiones recēsētur
cap. 7 de ſacramento Ordinis 167
Referuntur hæreſes oppoſitæ
Fundatur veritas huius ſacramenti, & eius natura declaratur
cap. 8 de prima tonſura 168
cap. 9 de prærequiſitis ad ordines 169
cap. 10 de ordinibus minoribus 171
Quos ordines admiſerint quoſue negauerint hæretici 171

Afferuntur concilia circa ſingulos ordines
cap. 11 de diaconis,ac ſubdiaconis 172
cap. 12 de ſacerdotibus 174
Quid errauerint hęretici circa ſacerdotes
Referuntur decreta
cap. 13 de horis canonicis 176
Hęreſes referuntur contra diuinum officium
Oſtenditur officij antiquitas ſingula percurrendo ſæcula contra hęreticos blaſphemãtes off. diuin. vt modernum inuentum 177
cap. 14 de obſeruandis circa recitationem officij 184
cap. 15 de ſacramento matrimonij 186
Blaſphemiæ hęreticorum referuntur, ac refelluntur, quod nõ ſit inuentum hominũ nec à tempore Gregorij ſacramentũ, ſed antea
Oſtẽditur eius antiquitas, & dignitas declaratur
Obſeruanda circa hoc ſacramentũ notantur
Poligamiã admiſerunt hęretici, ſed iuri diuino aduerſatur
De impedimentis matrimonium tollentibus
Adducuntur ſingula
Cognationes naturalem non impedire tenuerunt hæretici
Oppoſitum demonſtrant ex concilijs
Et reliqua explicantur
Verbi S.Auguſtini ſynodus terminatur.

PROEMIVM.

CONCILIORVM in Eccleſia Dei vetus, & numquam ſatis cælebrata extat conſuetudo; A moyſis quippè temporibus ſtatim, ac Iſraeliticum populum in Rempub. redactum legimus [a] ſeniores, ac Decanos, qui tribubus ea quæ ad cultum Diuinum ſpectabant preſcriberent edocemur. Ioſaphat [b] Rex leuitas,& Sacerdotes ad eundem deſtinauit finem, vt ſub vno Præſide,quæ Religionem concernebant ſimul collecti determinarent. In lege noua Chriſtus Dominus illis verbis vbi duo, aut tres in nomine meo congregati fuerint, ibi [c] ſum in medio eorum teſte Calcedonen. [d] ſynodo, nec non Celeſtino [e] Pontifice comprobante, Eccleſiaſtica

a Exod. 18.
b 2. par. 19.
c Matth. 18.
d Epiſt ad.Leonem
e Epiſtola ad Concil. Eph.

Concilia demonſtrauit. Apoſtoli fidei ſymbolum intimata ſynodo promulgarunt: & cum de legalium obſeruantia controuerſia eſſet ſuborta, hyeroſolimis vna cum ſenioribus videre de verbo hoc collegerunt ſeſe; exinde Conciliorũ indictio in orbe Chriſtiano exordium nacta eſt, quorum authoritate hęretici prægrauati ſemper eorum oracula velut deliramenta, inani, licet garrulitate illudere curauerunt, vt Athanaſius [f] teſtatur: ita Arriomanitæ Nicænam blaſphemarunt ſynodum, vt Iulius Primus [g] aduertit, Neſtoriani, ac Euchychiani Epheſinam, vt narrat Flauianus [h] Conſtantinopolitanus: Seueriani Calcedonenſem apud Leontium, [i] ac nouiſſimè [l] Luterani Vuiclef, & tota Caluiniſtarum phalanx, cœterique catholicæ veritatis inuaſores. Nos ergo tanta multitudine teſtium in gratiam conciliorum adducta, vtpotè catholicæ veritatis aſſeclæ hęc Concilia amplectimur, ac veneramur. Et quoniá ſub nomine Conciliorum ſynodalia quoque vſurpantur comitia, cum Iſidoro [m] teſte illis præallegatis verbis Domini, *vbi duo, vel tres, &c.* ſynodalia quoque fuerint inſinuata Concilia, ſtatim ac ad Epiſcopatus apicẽ fuimus aſſumpti, eo fuit mens noſtra, vt Diœceſana coacta ſynodo, quæ à

f Epiſt. ad Epictetum.

g apud Athan. epiſt. ad flaccillũ

h Epiſt. ad Leonem.

i apud Euthim. in panoplia. p. 2. tit. 15.

l in aſſert. artic. damnat. per Leonem 11. art. 29.

m Iſid. ſuper hæc verba matt.

maioribus noſtris indicendi Concilia accepimus exempla ſequeremur, quinimmò literali Decreto, quæ nouiter veniunt ſancienda ipſiſſimas eſſe placuit veterum Sanctiones, vt ſic illud à noſtra Eccleſia veniat vſurpandum de quo olim in Canticis ſponſa Cœleſtis gloriabatur, noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi, quæ enim de nouo præcipimus, nil aliud, quā Summorum Pontificum, Conciliorum PP. & Sacrarum Congregationum Sanctiones ſunt: ſaxit Deus, vt quæ nobis in ſpirare ſibi complacuit, à vobis executioni mandetur.

Cant. Canticor.

PRIMA PARS

Conſtitutiones ſiue Decreta

CAPVT I.

De Confirmatione Decretorum, quæ in anteactis Synodis emanarunt.

QVIA plurima pro diuini cultus honore, & animarum ſalute à noctris Prædeceſſoribus decreta fuerunt, volumus, & declaramus, vt quæ ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis fuerunt Decreta ſuum robur obtineant in tantorum virorum reuerentiam. Congruum enim eſt antiquas colere ſanctiones *Calcedonenſe*,[a] & *Conſtantinopol.* 8.[b]

Tenere namque traditiones, quas accepimus ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam eorum qui nos anteceſſerunt, docuit Apoſtolus:[c]

a Calendonenſe can. 1.
b Conſtantinop. 8. can. 1.
c 2. Theſſal. 2.

CAPVT II.

De Fidei Profeſſione.

SAnctæ fidei ſcutum aduerſus ignea tela nequiſſimi ante omnia ſynodus iſta Patrum [a] exemplo ſibi aſſumit, vt enim admonet Apoſtolus [b] ſine fide eſt impoſſibile placere Deo: & quoniam eam, quam corde credimus ad iuſtitiam, eandem oris confeſſione profiteri debemus ad ſalutem [c] omnibus inferius adnotandis mandamus, vt fidei formulam iuxta Bullam [d] Pij IV. ſolemniter profiteri teneantur.

Primò. Qui de Beneficijs curatis fuerint prouiſi, infra duos menſes à die poſſeſſionis adeptæ in manibus noſtris, aut noſtri Vicarij Generalis [e] *Trid.*

Quod in propria perſona præſtandum eſt [f] *Sac. Congr.*

Secundò. Prouiſi de Dignitatibus in Eccleſia Cathedrali ſub pœna amiſſionis fructuum. [g] *Trid.*

Nec poterit illi ſuffragari poſſeſſio ex eodem Concilio, quod intelligendum eſt quantum ad eius impeditionem quoad perceptionem fructuum. [h] *Rota.*

a Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 2
b ad Hebr. 11.

c Rom. 10.
d Pius 4 in Bul. Iniunctum.

e Trid. ſeſſ. 24. cap. 12.

f Sac. Congr. apud Barboſ. verbo profeſſ. fidei.

g Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 12.

h Rota in vna Tiburt. Parocb. 27. Iun. 1629.

Ter-

Tertiò. Omnes Clerici, qui publicè, aut clam Domi ſuæ vel alterius Conciones, lectiones ſacras, ſiue quaſcumq; alias in Theologia, Philoſophia vel artibus liberalibus exercere voluerint *Pius* [i] 4.

i Pius 4. Bull. in Sacroſanct. magiſt.

Quartò. Qui per annum integrum in excommunicatione computruerint.

Quorum omnium apud Cancellarium noſtrum in ſpeciali libello nomina recenſeantur duobus adhibitis teſtibus cum profitentiũ ſubſcriptione.

CAPVT III.

De Doctrina Chriſtiana.

PArochi locorum, fidem quam ſunt profeſſi ſtudeant commiſſos ſibi populos edocere, fides enim ex auditu concipitur, neque audire poteſt aliquis ſine prædicante [a] *Apoſtolus*.

a Apoſt. ad Rom. 10.

Primò. Omnes Parochi in ſingulis Parochialibus Eccleſijs ſaltem Dominicis, ac alijs feſtiuis diebus fidei rudimenta, atq; obedientiam erga Deũ, & parentes exponant. [b] *Trid.*

b Trid. ſeſſ. 24. c. 4.

Et hoc quia pueri quę primum ipſis occurrerit, vt per Philoſophum edocemur appre-

hen-

hendunt, & adoleſcens iuxta viam ſuã, et iam cum ſenuerit, non recedat ab ea.[c] inquit, *Sap.*

Secundò. Cum in hac Diocœſi, peſſimus inualuerit vſus, vt paruuli peterent panem, neque fuerit, nec adhuc ſit qui frangat illis, præcipimus Parochis, quod hanc Chriſti Doctrinam ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis iuuentutem edoceant, & ſi opus fuerit eccleſiaſticas ſuperaddemus cenſuras.[d] *Trid.*

Tertiò. Si Parochi munus ſuum exequantur, & Parentes ſuos filios mittere recuſent, nouerint ſe indignos eſſe, quod Chriſti ouibus annumerentur, cum ſine fide impoſſibile ſit placere Deo, dicat.[e] *Apoſt.*

Quartò. Conficiant Parochi librum in quo nomina rudium hoc eſt eorum qui per totam anni partem campos, & rura colunt animalibus inſeruientes, vt ipſos ſemel in menſe conuocent, ac ea quæ ſalutem concernunt edoceant, & quia hoc vitium intolerabile ignorantię rudimentorum fidei in rudibus tolli in noſtra Diœceſi vix poteſt, volumus & ordinamus, quod quando in facie Eccleſiæ volunt matrimonium contrahere, ſi neſciant quæ ad fidem ſunt neceſſaria, impediantur donec certiores fiant eorum quæ ſcire tenentur.

Illi verò, qui Chriſtianam Doctrinam feſtiuis

c *Sapien.*

d *Trid. loc. cit.*

e *ad Hebreos.*

ſtiuis diebus edocent indulgentiam ſeptem annorum conſequentur; Pater, & mater, qui feriatis diebus erga ſuam familiam hoc præſtabunt ſingulis vicibus centum dies *Paulus V.* in Bull. 36. ex credito.

CAPVT IV.

De Reliquÿs.

SAnctorum Reliquiæ ſumma veneratione colendæ ſunt; cura, inquit, *Pius Primus* [a] Sanctorum martyrum corpora quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum; hoc autem obſequium eo magis eſt adhibendum quod ex antiquis temporibus exordium deſumpſiſſe; ſacris litteris cõſtat non vt Magdeburgenſes [b] quartò, vel quintò ſæculo exordium deſumpſiſſe ſomniarunt; & quoniã multi ex hæreticis ſacras abominati ſunt Reliquias, vt [c] Marcionitæ, [d] Manichei, [e] Iulianus, [f] Vigilantius, [g] Euſtadiani, [h] Vuiclef, [i] Hyeronymus, Praga, [l] Luter [m] & Caluinus. [n] Nos non animo diſputandi, cũ iſta ſit ſynodus non controuerſia; ſed ad deuotionem cò magis accendendam, ac noſtrũ edocendum clerum cum iſta ſynodus etiam

a *Epiſt. 2. ad Iuſtum Epiſcop.*

b *apud Theatrũ Verb. reliquia.*

c d *Magnes l. 4. contra Theoſten.*

e *Cyrillus lib. 10 contra Iulianum*

f *Hieron. contra Vigil.*

g *Conc. Grangenſe can vlt.*

h *in* Concilio Conſtantienſe.

i *Ioh.* Cocleus *lib. 3. hiſt. huſſitica.*

l *in poſtilla Exaltationis Sanctæ Crucis.*

m *Cal. admonitione de Reliq.*

ad

ad noſtrum erudiendum populum ordinata ſit antiquitatem reliquiarum contra Magdeburgenſes, & earum dignitatem contra alios relatos ex ipſa Veteri, ac noua lege tempore Apoſtolorum, & ab Apoſtolis vſque ad ætatem noſtram tranſcurſim manifeſtabimus, exinde poſtea decreta ſtatuemus.

Sit primo loco Moyſes hic S. Legifer [o] oſſa Ioſep hex ęgipto diceſſurus ſecũ tulit, quę fragmenta teſte eccleſiaſtico fuerunt viſitata, & poſt mortem prophetauerunt. Deinde 4. Regum [p] legitur de reliquijs Eliſei quod, & exanime in vitam reuocauerint, ac mortuum prophetauerit corpus eius.

In nouo teſtamento, fimbria [q] Veſtis Dominicę morbum à muliere propulſaſſe memoriæ prodijt Antiquitas: Sudaria [r] Pauli languentes confirmarunt, & felix [ſ] dicitur Roma quæ Petri, ac Pauli Principum gaudet ſanguine purpurata: percurrendo autem ſingula poſt Chriſtum ſæcula.

Primo ſæculo, hoc præcepit *Clemens Romanus*, qui exemplo allato ſuperius de reliquijs Ioſeph à Moyſe tranſlatis nec nõ exemplo corporis Eliſei quod examine reuocauit in vitam cultum reliquiarum demandat. [t] *Clemens*.

[o] *Eccl.* 49

[p] *4. Reg.* 13.

[q] *Marci* 5.

[r] *act.* 19.

[ſ] *Hymn. Apoſtolorum Petri, & Pauli.*

[t] *lib 6. Apl. tradit cap.* 19.

Secundo ſæculo, ſiue anno 200. *Cornelius Papa*. Lucinam nobilem matronam quod corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli de Catacumbis ſuſtulerit commendat, & vbi ambo fuerint ad adorationem repoſita refert [u] *Cornelius*.

Tertio ſæculo, ſiue anno 300. *Concilium Carthaginenſe* quintum cuius verba in decretis infra adducendis afferentur. [x] *Carthag. V.* hoc tempore idem ſenſerunt. *Hyeron.* [z] *Baſilius*, [aa] *Nazianzenus*. [bb]

Quarto ſæculo, hoc eſt anno centeſimo quarto *Leo Primus*, qui apud corpus Beatiſſimi Petri orationes, ac vigilias ad eius obtinendum patrociniũ populos conuocauit *Leo Primus*. [cc] Id ipſum eodem ſęculo docuerunt *Chriſoſtomus*, [dd] *Theodoretus*, [ee] *Auguſtinus*, [ff] & *Cirillus*, [gg]

Quinto ſæculo, ſiue anno quingenteſimo, *Pelagius Papa*, [hh] qui Apoſtolorũ Petri, & Pauli reliquias nec non & aliorum martyrum cum ſumma reuerentia Regi Chidelberto mandari curauit. Similiter *Greg. Magnus* corpora Sanctorum Proceſſi, ac martiniani, eſſe veneranda pręcepit.

Hoc ſatis eſſet ad Magdeburgenſium retundendam perfidiam, dum practice vide-

tur,

u *Cornelius. epiſtola 1.*
x *Carthag. V. cap. 14.*
z *Hyeron. lib. aduerſus Vigil. cap. 2.*
aa *Baſil. orat. in mart. Iulittam.*
bb *Nazianzen orat. 3. in Iulian.*
cc *Leo primus. ſer. de ieiun. pentec.*
dd *Chriſ. hom. 66. ad populum Antioch.*
ee *lib. 8 gręcarũ affection.*
ff *Auguſt. epiſt. 137.*
gg *apud Dam. lib. 2. paral. cap. 7*
hh *Pelag. epiſt. ad ſepaudum Epiſcopũ Arelat.*

tur,quod non cæperint quinto ſęculo reliquiarum Venerationes,ſed antea exordium ſumpſerint; modo contra alios quam ſemper fuerint obſequioſo cultu honoratæ demonſtrabimus.

Sexto ſeculo, ſiue anno 600. *Concilium Bracharenſe*, quod prohibet Epiſcopis ne in magnis ſolemnitatibus reliquias collo appoſitas getant, ſed quod ſuper humeros leuitarum in arca benè conditæ ferantur: quod ſi Epiſcopus eas deferre voluerit; hoc non permittatur in ſellula, ſed pedibus incedat *Bracharen Tertium.* [ii]

Septimo ſęculo, ſiue anno 700. *Gregorius Tertius*, [ll] qui ob talem cultum laudat Bonifacium, & idem protulit *Damaſcenus.* [iii]

Octauo ſęculo *Cabilonenſe Conciliũ* docens modum quo ad ſacras reliquias ſit accedendum, vt ſanctorum mereamur interceſſionem *Cabil. Tertium* [mm] eſt etiam *Moguntinum* de quo infra in decretis.

Nono ſęculo quod, inquit, *Bellarmiuns* [nn] eſt valde de Eccleſiaſticis Doctoribus obſcurum adducam *Nicolaum Primum* eſto fuerit anno 860. adducendus tamen tum quia aliũ præ manibus teſtem non habeo, & etiam quia ſexageſimus magis trahit de centeſimo ad

ii *Brach. 3. c. 5.*

ll *epiſt. 2.*

Damaſc. lib. 4. orth fide cap. 16.

mm *Cab. 3. c. 45*

nn *de ſcrip. eccleſiaſt.*

quem annum ordinatur: quam de prętetitis decurſis; hic inquá commendat populorum deuotionem, qui ad reuerenda Beatorum Petri, & Pauli corpora cum plurima frequentia conuenerant *Nicol. Primns*. [oo]

oo Nicol. primus epiſt. 8. ad Mich. Imp. Græcor.

Decimo ſęculo *Greg. Septimus* PP qui de inuentione corporis Sancti Matthęi Apoſtoli: plurimum gaudet tanti Theſauri ſactus encomiaſtes idipſum hoc ſęculo ſenſit *Damian.* [qq]

pp Greg. 7. lib. 8. epiſt. 8.

qq Dam. prol. in Vita S. Romualdi.

Decimo primo ſactum Fiderici Imperatoris hoc egregię confirmat, qui capto Mediolano Trium Magorum copora quæ in Eccleſia Sancti Euſtorgij ſeruabãtur Reinoldo Colonienſi Archiepiſcopo pro munere enixe petenti dedit quę Coloniam tranſlata in Eccleſia maiori honorifice fuerunt collocata: ita refert *Suffridus Miſnenſis* [rr] *Sanctus Bernardus*, hoc idem de Reliquijs ſenſit.

rr Suffrid. Miſnenſis de anno 1162.

Decimo ſecundo ſęculo *Concilium Lateran.* [ſſ] *ſub* Iɔnoc. III. infra in ordinationibus aſſerendum, *S. Thomas* pluribus in locis, hoc etiam docuit & Bonauent. idipſum pluries tradidit.

ſſ lat. cap. 62

Decimo tertio ſęculo *Clemens V.* [tt] de Sanctorum Veneratione.

tt Clemens de Ssorum Vener.

Decimo quarto ſęculo habetur *Concilium Coſtantienſe* [uu] qui errorem Vuicleff. circa contemptum reliquiarũ damnauit *Coſtantienſ.*

uu Coſtantienſe de erroribus Vuicleff.

De-

Decimo quinto, *Tridentinum* cuius verba indecretis adducentur.

Decimo ſexto, hoc eſt noſtra ætate Vrbanus VIII. fęlicis recordationis corpora Sanctę Martinę Virginis,& martyris,ac Sodalium obſcuris latentia tęnebris publicę cum maxima pompa, ac ſolemnitate expoſuit venerationi. Hęc tranſcurſim dicta de reliquiarum cultu ſufficiant;plura per *Nicanum Secundum*, & per S. *Auguſtin.* [xx] eruditiſſime de ſacris Reliquijs enarrantur, quę ibi videri poterunt ab his enim cũ narratione habetur ſimul authoritas connexa: quibus iam pręiactis fundamentis facilius modo ordinationes hic inſerendæ ſuſcipientur.

xx *Aug.* 22. *de Ciu. c.* 8.

Primò, ergò quicumque ſacras parui penderit Reliquias, vel cultum illis denegauerit nouerit ſe damnatum per *Concilium Trid.* [yy]

yy *Trid. ſeſſ.* 23.

Si Clericus fuerit deponitur. Si laicus excommunicatur per *Nicanum Secundum*.

Secundò. Nulla Altaria conſecrentur niſi aliquę in illis martyrum contegantur reliquię *Carthaginenſe Quintum*. [zz]

zz *Carthag.* V. *can.* 14.

Tertiò. In loco muudo atq; honeſtis vaſculis reſeruentur: ita monet *Hyeron.*

zz. *Hyeron. lib. aduer. Vigil. c.* 2.

Quartò. Sub duabus clauibus quarum altera apud Archipresbyterum, vel Parochum

altera apud Sacriſtam concluſę maneant reſeruentur, quæ remotę ſint à tactu fidelium, ac ſacris iuuoluantur palliolis. Si enim apud Sacerdotem ſummum inuoluendus erat gladius Goliç pallio poſt ephod, quia tulit eum Dauid quando percuſſit in valle 1. Reg; quę ſuperſtitio erit dicebat Thomas Vualdenſis inuoluere gladium Petri, quo Malchum percuſſit? Si arca teſtimonij geſtanda inuoluebatur, & rurſum operiebatur velamine pellium hyacinthi, narum; menſa quoq; propoſitionis inuoluebatur panno hyacintino cum Turibulis mortariolis, ciathis, & cęteris. Filijs Aaron, tantū licebat iſta inuoluere; filijs autem Caath quibus hęc omnia portare incumbebat tangere non licebat, immo neç prius quam inuoluerentur inſpicere, dicente ſcriptura.

1. Reg. 21.

tom. 3. tit. 23. de rel. q.

Cum inuoluerint Aaron, & filij eius Sanctuarium, & cuncta vaſa eius tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta, & ne tangant vaſa Sanctuarij ne forte moriantur, &c. Si iſta, tam ſacra erant, quæ ſeruiebant figuris, quare ſacras reliquias non ſeruabimus opertas, & remotas, à tactu vulgi, aut ne publici videantur ſacris non inuoluemus palliolis, hęc primo præcipimus ne prophanatis ſacris reliquijs à domino plectamur.

Num. 4.

Quin-

Quintò, in oratorijs ruralibus vbi non celebrantur miſſæ nec contingit vicinos eſſe alicuius Parochię Clericos, quia ſacris cineribus poſſint pſalmada ſamu lari nullatenus ponantur. *Concil. Epaunenſe*. [a]

Sextò, de loco ad locũ nullę reliquiæ transferantur abſque noſtra autoritatę. *Concil. Moguntin.* [b]

Septimò, non exponantur venales, & extra capſulas antiquę non oſtendantur, de recenti autem inuentas nemo publice venerari pręſumat, niſi Romani Pontificis auctoritate comprobatas. *Later.* [c] *ſub Innoc. 3.* [d] *& ex l. canon. cap. cum ex eo*.

Octauo, ſi de aliquo Sancto inſignis alicubi extet reliquia feſtum duplex de illò ſancto in illa Ecceleſia habeatur. *Congr. rituum.* [e]

Reliquiæ inſignes ſunt corpus, vel caput brachium, & ea pars non parua tamen in qua paſſus eſt martyr. eadem Congr. loc. cit. [f]

Nono, Laici nullo modo reliquias contingant, quando verò in proceſſionibus deportantur munus iſtud, vel nos ipſi, aut Sacerdotes prȩſtabunt. *Concil. Bracaren. 3.* [g]

Omnium autem reliquiarum appendatur tabula in qua eorum nomina ſint deſignata.

a *Epaunienſe, cap. 25.*

b *Moguntinum Can. 51.*

c *Later. ſub Innoc. 3. cap. 62.*

d. *cap. cum ex eo de reliq. & vener. Sanct.*

e *Congr. ritum 1628. Decemb.*

f *loco cit.*

g *Con. Brachar.*

CAPVT V.

De ſacris Imaginibus, ac Ichonis.

SAcrarum adorationem Imaginum Ariani,[a] Bogornili,[b] & Iconomaci contra quos fuit coacta ſynodus 2. Nicena, Vualdenſes,[c] Melancton,[d] & Caluinus[e] hæretici deteſtati ſunt: inter iſtos Caluinus, vt ſuperſtitioſum hunc cultum oſtenderet, ac nullius fundamenti per quingentos annos nullatenus in Eccleſia extitiſſe mentitus eſt. Attamen iſti, & omnes Iconomaci plurimum decepti ſunt.

a *Nic. 2. act. 6.*
b *Euth. paroplia p. 2. tit. 23.*
c *Aen. Syluius hiſtor. Boem. tica cap. 35.*
d *in loc. comun. cap. de decalago.*
e *lib. 1. inſtit. cap. 11.*

Vt enim ex antiquæ legis temporibus habemus duos Cherubim aureos ſuper propitiatorium ad arcam imponendos Dominus mandauit, qui cum arca venerabantur; imò inquit Hieronymus[f] adorandi arcam nullam aliam extitiſſe cauſam, qua quod ibi Cherubim ſculpti reperirentur. Similiter æneum ſerpentem pro ſigno extulit Moyſes, qui vtique fuit Chriſti figura inquit Ioannes,[g] & ob hoc dignus veneratione docuit *Auguſtinus*.[h]

f *Eiſt. ad Marc.*
g *Ioan. 3.*

In noua lege ab Apoſtolorum temporibus id in vſu fuiſſe late demonſtrat Nicænum ſe-

cundum,[i] quod multos adducit ſcriptores antiquos, ſic etiam Gregorius Papa,[l] qui floruit anno 500. aſſerit ab antiquis ſanctorũ imagines ſculptas fuiſſe, atque adeo annum quingenteſimum vſus imaginum ante vertit quin, & Adrianus[m] refert Syluestrum, Damaſum, Cœleſtinum; Sixtum, & Leonem Summos Pontifices, qui omnes ante annum quingenteſimum floruerunt, quod iſti templa picturis decorarunt Diuus Thomas,[n] docet, inter non ſcriptas Apoſtolorum traditiones eſſe adorationem imaginum, & Epiphanius[o] diſputans contra hęreticos refert de imagine emorroiſſe, quę ſanguinis fluxum patiebatur, quod imaginem Chriſti reparatoris Phenicię erexerit, ad cuius pedes herba miraculoſa naſcebatur, quę tabidum morbũ propulſabat; qui tamen curioſus eſſet, & de hoc vellet vſque ad annum quingenteſimum certior haberi.

Pro primo ſeculo adducimus Sanctum Lucam, qui Chriſti imaginem, quę Romę habetur fertur depinxiſſe, ita Sanctus Thom.[p]

Pro ſecundo ſæculo poſſunt afferri Tertullianus,[q] & Methodius.[r]

Pro tertio ſeculo ſunt Baſilius,[ſ] Gregorius Niſſenus,[t] Nazianzenus,[u] Ambroſius,

i Nicenum ſecundum act. 6.
l Gregor. lib. 9. epiſt. 9.
m lib. pro imaginibus, qui habetur poſt dictã ſynodum.
n 3. par. quæſt. 29 art. 3.
o Niceno 2. act. 6
p 3. par. ſup. cit.
q lib. 2. aduerſus marcion. cap. 22.
r Orat. 2. de reſurrect.
ſ in diuer. Opuſc.
t ref. re Nicenum 2.
u Oration patris defuncti.

ſius, [x] Damaſus, [z] & Hieronymus. [aa]

Pro quarto ſeculo, Chriſoſtomus [bb] Auguſtinus, [cc] id expreſsè tradunt.

Pro quinto ſeculo Gregorius Papa, [dd] qui reprçhendit Serenum Maſſilienſem, quod indiſcreto zelo Sanctorum imagines fregerit; ex his nonnullos, & alios etiam refert Epiphanius [ee] concludens hanc omnium Sanctorum PP. communẽ eſſe ſententiam, ac votum; omnes enim iſti imagines receperunt.

Hac igitur inconcuſſa fidei ſuppoſita veritate, nonnulla, quę imaginum cultum concernunt duximus ſancienda.

Primo volumus, quod quicumque irreuerentiam ſacris imaginibus fecerit, aut indignè tractauerit excommunicationi ſubiaceat. *Octaua Synodus*. [ff]

Secundo, quod in Eccleſijs, haud apponantur nugaces, & vanę picturę, ſed vel noui, vel veteris teſtamenti, aut etiam Sanctorum. *Nicenum ſecnndum*. [gg]

Tertio, quod in exprimendis Sanctorum Iconis; non appareat, niſi quod redolet honeſtatem, quidquid vero indecorum, aut in honeſtum fuerit arceatur. *Trid.* [hh]

Quod etiam in Domibus Clericorum prohibemus obſcenas enim habere imagines

x *Sermon. de Geruaſio, & protaſio.*
z *in pontif. de Sancto Syluestr.*
aa *Hieron. epiſt. 27. ad Euſtoch.*
bb *citat. a Nicen. 2.*
cc *de conſenſu Euangeliſt. lib 1. cap. 10.*
dd *l.b. 9. epiſt. 9.*
ee *citat. à Nic. 2. act. 6.*
ff *Octaua Synod. can 7.*
gg *Nicenum 2. act. 4.*
hh *Trid. ſeſſ. 25.*

gines perniciofum eſt, & pœnam indicimus, quod illas ſtatim deperdant.

Quarto, nulla noua, aut inſolita apponatur Imago, etiam in Eccleſijs exemptis, niſi à nobis approbata, ac demum omnis turpis quęſtus tam in reliquiarum, quam in vſu imaginum elimetur. *Trid.* [ii]

Quinto, vnuſquiſque ſacras ſalutet, quę ſibi repræſentantur imagines. *Nicenum ſecundum.* [ll]

Sexto, aduertant Parochi rudes, & pręcipue noſtrates Gręcos, quod non vt veteres Gręci ſignum aut colorem veneramur, ſed per figuram perſonas, quę per imaginem repræſentantur ſicuti Iacob faſtigium virgę Ioſeph adorauit, non virgam honorans, ſed illum qui virgam gerebat. *Athanaſius.* [mm]

Et vt in libris Euangeliorum, non ſyllabas, & verba, ſed eloquia diuina veneramur. Sinodus octaua. [nn]

Quare autem autem antiquitus prohibuerit Dominus, [oo] quod nullam facerent hębrei ſimilitudinem, ſiue eorum quę ſunt in Cœlo ſupra, & eorum quę in terra, modo verò admittantur ab Eccleſia imagines hoc docet. Concil. Nicenum ſecundum. [pp] Quia ſcilicet populus Iudaicus, quem Dominus tunc

ii loc. cit.

ll Nicenum ſecundum in ſuis canon.

mm cap. 38. interrogationum ad Antioch. principem.

nn 8. Synodus can. 3.

oo Leuit. 20.

pp act. 6. cit.

erudiebat ductuius illum in terram promiſſionis erat immerſus in cultu idolorum ; nam ex ægypto tūc profectus erat,qui populus idola, & quadrupedes colebat, & verum ; Deum ignorabat ; vnde , & vitulum pro Deo adorauit Iſrael ; debebat ergo paulatim ex huiuſmodi tenebris extrahi , & ideo omnem imaginem ab eius aſpectu neceſſe fuit de medio tollere , vt ſic euaneſcentibus ad præſentiam veritatis iſtis erroribus , Deum verum coleret, ipſumque ſolum adoraret ; poſt quam autem gentem hanc ab Idololatria abduxit, & tabernaculum teſtimonij fabricari iuſſiſſet Moyſes ſenſibilia Cherubim hominum exhibentia formā, & obumbrantia propitiatorium,quod Christum , qui fuit propitiatio pro peccatis noſtris figurabat efformauit ; & ideo hac ratione adoramus imagines . Nicęnum ſecundum . [qq] Et hæc decultu ſacrarum imaginum dicta ſufficiant .

[qq] *loc.cit.*

CA-

CAPVT VI.

De Feſtiuitatibus.

INter prima Decalogi præcepta feſtorum cultum nobis ſacrarum oracula ſcripturarum commendant; & quamuix veteris legis cęremonialia, ac feſtiuitates ſteterint, vt Paulo [a] docente monemur, tamen illis orbi Chriſtiano alia ſucceſſerunt ſolemnia, vt enim docuit S. Tho. [b] ſabbatum quod primam ſignificabat creationem, in diem Dominicam, quæ reſurrectionem importat eſt commutatum, feſto Phaſæ feſtum Paſſionis, ac Reſurrectionis Domini correſpondent, feſto Pentecoſtes in quo lex vetus eſt data, feſtum Pentecoſtes in quo fuit data lex ſpiritus vitę; feſto Neomeniæ, feſtum Beatiſſimæ Virginis in qua primo apparuit illuminatio ſolis, ſcilicet Chriſti per copiam gratiæ; feſto Tubarum, feſta Apoſtolorum, feſto expiationis, feſta Martyrum, & Confeſſorum, feſto Tabernaculorum, feſtum dedicationis Templi, feſto cætus, atque collectæ, feſtum Angelorum, ſiue omnium Sanctorum, hæc Sanctus Thomas.

a *ad Coloſſ. 2. & ad heb. 8.*

b *1. 2. quæſt. 103. art. 3. ad 4.*

Imme-

Immeritò ergo hæretici ſanctorum abhorrent ſolemnitates, ſcilicet Vualdenſes,[c] & Luther,[d] & quod peius eſt feſta Sanctiſſimæ Virginis, Natiuitatis Aſſumptionis,&c. Piccardi[e] reputantes illa otioſum hominum inuentum; nam pręter tantum adductum D. Thom. teſtimonium adſunt Pontifices, & Concilia ad hanc manifeſtandam veritatem.

Et quantum ſpectat ad feſtiuitates B. Virg. Concilium Lugdunenſe, vt apud Gratianum[f] refertur, feſtiuitates Purificationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis adducit, & Gregorius Magnus[g] collectam quam recitant fratres Ordinis Prædicatorum in die Natiuitatis, quę incipit ſupplicationem ſeruorũ tuorum Deus miſerator exaudi, &c. compoſuit in honorem tantæ ſolemnitatis.

Papa Sergius[h] feſtiuitates Natiuitatis Annunciationis. & Aſſumptionis, ita ſolemnizauit, vt ante per tres dies Letanias peragi ordinauerit Toletan. 10.[i] eiuſdem Virginis feſtum Annuntiationis, licet alio tempore, nempe octaua die ante feſtum Natiuitatis Domini præcepit.

Quantum verò ad feſta Sanctorum Clemens Romanus[l] in Conſtitutionibus Apoſtolicis præcepit feſtiuitates Apoſtolorum, ac

c Guido Carmelita de Vualdenſibus.
d L. bello de formula Miſſæ.
e Ioannes Schechra epiſtola ad Eraſmum.
f Grat. de conſecrat. diſt. 3.
g l b ſacr. die 8. Septemb.
h apud Sigisbertum in cronicis de anno 688.
i cap 10.
l lib. 8 ep. ſ. c. 33

Sancti Stephani Prothomartyris,& Gregorius Nonus [m] feſta Natalis Domini, Stephani, Ioannis, Innocentum, Sylueſtri, Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum, Sancti Laurentij, Beati Michaelis, & feſtum omnium Sanctorum Eccleſiæ præſcripſit: & Iudiciales ſtrepitus interdixit. *Gregorius Nonus*.

m extra de ferijs tit. 9. cap. 5.

His alias addiderunt dies alij Summi Pontifices, quas omnes Vrbanus Octauus, vt infra adducemus reformauit conſtituens ſpeciales, quæ de præcepto haberi debent ſolemnitates.

Cum igitur certas dies præceperit Eccleſia ad diuinas laudes perſoluendas,& Beatiſſimæ Matris, Angelorum, ac Sanctorum cęlebrandas feſtiuitates, manifeſtò hæretici cōuincuntur mendacio, & nos hilariori, ac magis deuoto affectu illas amplexari debemus, veluti ſanctorum Patrum nobis relictam hæreditatem, vt autem omnes ſciant quæ illis incumbunt obſeruanda, placuit hæc pauca in feſtorum cultum aduertere.

Primò, quod fideles diebus feſtiuis orationibus inſiſtant, ac ſoli Deo vacare teneantur. *Concil. Trib.* [n]

n Tribur. can. 3.

Secundò, quod nulla fiant iudicia, nulla iuramenta, contractus nulli. Extra de ferijs. [o]

o extra de ferijs.

Ex-

quinque continuas vices excommunicationi ipſo facto incurrendæ, & nobis reſeruatæ ſubiacebunt.

Nonò, omne prophanum arceatur negotium ſub pœna culpæ læthalis, ac amiſſionis animalium, ac cuiuſcumque rei qua feſtum prophanatur, *Pius V.* [z]

Decimò, quoniam à Domo Dei teſtimonia bonorum operum habenda ſunt ſciant omnes Clerici non Beneficiati ſe diebus feſtiuis choro Eccleſiæ eſſe mancipatos ad Diuina officia perſoluenda debet enim quilibet ordinari in ſeruitium alicuius Eccleſiæ, vbi ſuis ſungatur muneribus. Tridentinum, [aa] & Calcedonenſe. [bb] Et hoc ſub pœnis in alijs ſynodis impoſitis.

In Vmbriaticenſi aûtem Cathedrali ſingulis diebus recitetur officiũ de mandato ſpeciali nobis à ſacra Congr. [cc] impoſito.

Decimo primo, caueant populi celebrare feſtiuitates de præcepto ex mandato Tribunalis laici, illa enim feſta de præcepto obſeruanda ſunt, quæ authoritas Apoſtolica eſſe de præcepto mandauit, ſic ſpecialiter Sac. Congr. Rituum. [dd]

Hortamur omnes, vt ex deuotione feſtum Sancti Patris Dominici, qui Calabriam por-

z Pius V. in bulla de feſtorum obſeruantia.

aa Trid ſeſſ. 23. cap. 13.

bb refertum à Trid.

cc Sac. Congreg. mihi.

dd Cong. Rituum Mediolan. anno 1553.

tentoſa cumulauit beneficentia velint venerari, certi quod ab ipſo grati animi effectus gratos recipient, & in dies ipſis feliciora ſuccedent.

Dies ſolemnes obſeruandi ab Eccleſia ex mandato Vrbani Octaui.

IANVARII.

1 Circumciſio Domini.
2 Ephiphania.

FEBRVARII.

2 Purificatio B. Virginis.
24 Feſtum Matthæi Apoſtoli.

MARTII.

19 Ioſeph Confeſſoris.
25 Annunciationis B.Virginis

MAII.

1 Philippi, & Iacobi Apoſtoli.
3 Inuentionis Sanctæ Grucis.

IVNII.

25 Natiuitatis S.Ioannis Baptiſtæ.
29 Petri, & Pauli Apoſtolorum.

IVLII.

25 Iacobi Apoſtoli:
26 Annæ Matris B. Virginis:

AVGVSTI.

10 Laurentij Martyris.
15 Aſſumptionis B. M. Virginis.
24 Bartholomæi Apoſtoli.

SEPTEMBRIS.

8 Natiuitatis Beatiſs. Virginis.
21 Matthæi Apoſtoli.
29 Michaelis Archangeli.

OCTOBRIS.

28 Simeonis, & Iudæ Apoſtolorum.

NOVEMBRIS.

1 Omnium Sanctorum.
30 Andreę Apoſtoli.

DECEMBRIS.

21 Thomæ Apoſtoli.
25 Natiuitatis Domini Noſtri IESV Chriſti.
26 Stephani Prothomartyris.
27 Ioannis Euangeliſtæ.
28 Innocentium.
29 Silueſtri Papæ.

Feſta Mobilia.

Paſca Reſurrectionis Domini, cum duobus ſequentibus.

Aſcenſionis Domini.

Pentecoſtes, cum duobus ſequentibus.

Corpus Domini.

Dominicæ totius anni.

Obſeruant ab antiquis temporibus noſtri diocœſani 6. Auguſti feſtum ſancti Donati Epiſcopi, & martyris, quam eorum pijs animis proponimus.

CAPVT VII.

De Ieiunio .

EXprobarunt Sacrum Ieiunij inſtitutum Begardi,[a] Lollardi , [b] Luter,[c] Melanton , [d] & Caluinus . [e]

Hoc tamen pluribus ſacræ ſcripturæ locis diuino oraculo comprobatur ; nam Ioelis ſecundo [f] præcipitur illis verbis conuertimini ad me in Ieiunio , & apud Matthæum [g] refertur quod dixerit Dominus , Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes , & Paulus [h] admonet quod exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in vigilijs , in ieiunijs , & caſtitate, vnde in eius laudem Innoc. III. hæc protulit fuit ieiunium præceptum à Deo , præceptum Adæ , præceptum in principio, præceptum in Paradiſo; primum præceptum, quod Deus intulit homini de ciborum extitit abſtinentia ; quod donec ipſe cuſtodiuit fideliter perſtitit , vbi verò tranſgreſſus eſt mortaliter corruit , vnde per eius contrarium intelligitur quam bonum ſit ieiunium. Innocent. 3 .[i]

Duplex eſt ieiunium aliud naturale , quod

a Clem. 5. extrauag. de hæret. c. 3.
d Tritemius in Cronico hirſaug. anno 1315.
c in reſponſ. ad Catarinum.
d in locis comm. de cerem. Eccleſ.
e lib inſtit. c. 12.
f Iohel. 2.
g Matth: 6.
h Paul. 2. Cor. 6. 2. Machab. 6.
i Innoc. 3 ſerm. 1. in d'e Ciner.

Theo-

Theologi aſſerunt abſtinentiam ab omni prorſus cibo aut potu, quacumque ratione percepto, quod præcipitur ſumpturis Corpus Domini Noſtri, & hoc de ſpeciali ſancti ſpiritus inſtinctu. Auguſt.[l]

Aug. epiſt. 118.

Aliud eſt Eccleſiaſticum, eſtque abſtinentia cibi iuxta regulam eccleſiaſticā præſcripta quę vnicam refectionem admittit pulſata meridie, & hoc tenemur obſeruare ſub mortali diebus ab eccleſia determinatis,[m] DD. in rub. de obſer. Ieiun.

m DD. in rub. de obſeru. ieiun.

Ieiunia principalia in Eccleſia ſunt Quadrageſima, quod incipit à feria quarta Cinerum, vſque ad totum Sabatum ſanctum incluſiue, ſic enim decimam partem totius anni Deo maximo conſecramus, qui cum 365. diebus coaleſcat 46. diebus decimatur.

Quadrageſimalem abſtinentiā ſuperſtitioſam putauerunt Caluinus,[n] & Confeſſio miniſtrorum eccleſiæ in heluetia.

n Caluin. Confeſſ. miniſtrorum in heluetia anno 1563.

Hanc tamen commendat Auguſtinus, dicens, quadrageſima ieiuniorum habet authoritatem etiam in veteribus libris, & ex Euāgelio, quoniam totidem diebus Dominus ieiunauit. Auguſt.[o]

o Auguſt. epiſt. 119.

Et pręcipuam meretur venerationem,

quia

quia à tempore Apoſtolotum exordium nacta eſt cuius Ignat.[p] meminit.

Et ante ipſum Clemens [q]

Quin addit Ambroſius, non eſt hoc Ieiunium ab hominibus inſtitutum, ſed diuinitus conſecratum, nec terrena cogitatione inuentum, ſed cœleſti maieſtate pręceptum; Ambroſ.[r]

Sequuntur ad quadrageſimam ieiunia quatuor temporum de quibus, cap. ieiun.[ſ]

Et vigilię Natiuitatis Domini Aſſumptionis Deiparę Pentecoſtes, Apoſtolorum exceptis Philippo, & Iacobo, ac Ioanne Euangeliſta, Sancti Laurentij Martyris omnium ſanctorũ, & vigilia Sancti Ioannis Baptiſtę 23. Iunij.

Excepto, ſi hæc dies incidat in feſtum Corporis Chriſti. Congr. Rit.[t]

Nullum ieiunium quadrageſimale, niſi Corporalis imbecillitas impedierit frangere auſu temerario præſumat. Clem. Rom.[u]

Alias reus erit non ſolum Dominicę Reſurrectionis, verum etiam ab eiuſdem diei ſancta Communione. Tolet. 8.[x]

Quatuor tempora ſimiliter ſunt obſeruanda. Primum, initio quadrageſimę. Secundum in hæbdomada Pentecoſtes. Tertiũ in Sept. Quartũ in Decemb.[z] Vrban. PP.

p Ignat. epiſt. ad Phileomonem.
q Clemens de Conſtit. Apoſt.
r Abroſ. ſer. 36.
ſ cap. Ieiunium id. 75.
t Congr. Rit. 23. Settemb. 1638
u Clem. Rom. can. Apoſt. 68.
x Tolet. 8. cap. 9
Vrbano, apud Gratian. diſt. 75

Id ipſum, de alijs ieiunijs Eccleſiæ dicimus, ſine cauſa rationali non ſoluantur. Euſeb. PP. [aa]

aa Euſeb. apud Gratian. de conſecr. diſt. 5.

Ieiunium conſiſtit in veſcendo ſemel in die in meridie, permittitur tamen ex conſuetudine collatio ſerotina, conſiſtit etiã in abſtinentia á carnibus, & ab his quæ à carne ducunt originem, ſcilicet ouis, caſeo, ac lacticinijs.

Si quis autem in quadrageſima diebus Dominicis, ac Sabatis putaret ſe poſſe lacticinia comedere eſſet in errore Armenorum, quos damnat in hoc præcipue. Synod. Trull. [bb]

bb Synod. Trull can. 56.

Et hæc fidelibus interdicuntur, [cc] ex cap. denique.

cc cap. denique diſt. 4.

Non tamen ex hoc præcipimus, quod diebus Dominicis ieiunent, ſicut in alijs, hoc enim eſſet confirmari errori Manicheorum, qui die Dominica precipue ieiunabant. [dd] Ambroſ.

dd Ambroſ. epiſt 83.

Si quis enim die Dominico ſtudioſe ieiunaret non eſſet Catholicus habitus à Concil. Carthag. 4. [ee]

ee Carthag. 4. can. 64.

Et ſcandalum magnum hoc reputatur ab Auguſtino maxime poſt hæreſim Manicheorum; vnde inquit, ieiunium diei Dominicæ horribilius habetur. Auguſt. [ff]

ff Auguſt. epiſt 86 ad Caſulatũ presbyt.

Abſti-

. Abſtinentiam à carnibus requiri ad exigentiam ieiunij ſacri Canones admonent, & oppoſitum mentitus eſt Ærius, [gg] deinde Vualdenſes, [hh] Lollardi, [ii] qui etiam in Paraſceue carnibus veſcebantur, Luther, [ll] Zuinglius, [mm] & Caluinus. [nn]

Dicta autem à carnibus abſtinentia, ita ab ecclesia reputata eſt, vt Nicolaus Papa, prohibuerit tēpore quadrageſimę venationes, ne occaſione carnium, quæ occidebantur motiuum præberetur carnibus veſcendi: [oo] Nicolaus Papa:

Parochi inducant fideles ad obſeruantiam ieiuniorum ipſumque ieiunium diuini præcepti eſſe doceant, licet tempora ſint ab eccleſia præſcripta. [pp] Mogunt.

Vltra dies iſtas ſingulis hebdomadibus abſtinemus ſolum à carnibus feria ſexta, & ſabato, quidquid contradixerit. Eraſmus Roterodamus [qq] his verbis, paulatim irrepſit conſuetudo quæ diem Veneris nobis piſculentū reddidit; deinde vbi hoc ſucceſſit adiuncta eſt ſabati dies, nunc etiam Mercurij periclitatur ob idque genus obſeruantiunculas, videmus homines affligi, ſibique Chriſtianos putari cum ſint iudæi, hæc illæ, ſed mentitur, & ignauum ſe eruditionum oſtendit.

gg *Ephi epiſt. de erianis.*
hh *Guide de Vualdenſibus, &c. 22.*
ii *Tritenius in cronico hiſt. regim. anno 1315.*
ll *Luther. de Doctrin. homin. vitand.*
mm *Zuingl. lib. de delectu, & libero cibor. eſu.*
nn *Caluin lib. 4. inſtit. cap. 12. §. 21.*
oo *Nicolaus ad Conſulta bulgaorum can. 44.*
pp *Mogunt. can. 47.*
qq *Eraſm. epiſt. ad Epiſc. Baſil.*

Mogunt.

nam hoc ieiunium, antiquitus de conſenſu Eccleſię firmitatem habet, ita refert Mogunt. aſſerens abſtinentiam à carnibus ſingulis ſextis ferijs de conſenſu totius Eccleſiæ, vſque ad ſua tempora præceptam fuiſſe tradidit. Concilium Mogunt,[rr] quod fuit anno 833.

rr Mogunt. an. 833.

Et de ſabatis hęc habentur per Gregorium Septimum, eſus carnium ſingulis ſabatis eſt prohibitus, cum apud noſtros ſanctos PP. in abſtinentia celebris, ſit habitus Gregorius Septimus,[ſſ] & antea Innocentius Primus,[tt] qui fuit anno 402.

ſſ Greg. 7. de conſecr. diſt. 5.
tt Innoc. 1. epiſt. 1. qui fuit anno 402.
uu cap. fin. de obſeru. ieiun.

Excepto, ſi diebus iſtis occurrat feſtum Natiuitatis Domini,[uu] cap. fin. de obſeru. ieiun.

Excuſantur à ieiunio pueri ante vigeſimũ primum annum ſexagenarij, infirmi, laborantes tali labore, vt reſtauratione opus habeant, Itinerantes, Prægnantes, Nutrices, & huiuſmodi quos omnes recenſent DD.

Aduertant autem omnes, quod non eſt ieiunium, quod Deo placeat non veſci carnibus, & quod de ore hominum egrediatur omni eſca ſordidius maledictum, quid enim eſt inquit, Sixtus Tertius,[xx] abſtinetis à carne, ſed non à malitia, vinum non bibitis, ſed ira inebriamini; vnde à vitijs nouerint, quod

xx Sixtus 3. de malis doctorib. & operib. fidei.

ſe

ſe debent arcere, cum Paulus dicat, ſi omnia hæc faciam, charitatem autem non habeam factus ſum ſicut, æs ſonans, aut cimbalum tinniens. Pauuls, [zz]

zz Paul. 1. Corinth.

CAPVT VIII.

De Parochis, & Decimis.

PArochi omnem ſollicitudinem adhibere debent, vt animas ſibi à Domino commiſſas ſtudeant circa ea quę illorum ſalutem attinent, in formare.

Primò, igitur teneantur omnes ad reſidentiam iuxta pręſcriptum. Trident. Conc. [a]

Quam reſidentiam intelligant, nedum eſſe materialem, ſed formalem, & cum effectu, hoc eſt, vt ipſi per ſe ſubditis ſuis ſacramenta adminiſtrent; ita multi DD.

Secundò, quod omnes per ſe celebrent in Dominica, & feſtiuis diebus, & in neceſſitate per alium. cap. 3. de Parochis. [b]

Tertiò, quod Chriſma diligenter cuſtodiant. Moguntin. Concil. [c]

Quartò, quod populo ſibi ſubiecto Baptiſmum miniſtrent, & Pœnitentię Sacramentum exhibeant, cap. omnes de Pœnit. [d]

a Trid. ſeſſ. 23. cap. 1.

b cap. 3. de Parochis.

c Concil. Mogun. can. 7.

d cap. omnes de de pœnit.

Quintò, quod tempore Paſcatis fideles procurent refici ſancto Euchariſtię Sacramento, cap. omnes de Pœnit.[e]

e c. omnes de pœnitentia.

Sextò, diebus feſtiuis populum doceant de futuris in illa hebdomada diebus, ac ſolemnijs; Euangelium, & quæcumq; ſalutem concernunt, exponant, ibique rem Diuinam audiant, cap. 3. de Parochis.[f]

f cap. 3. de parochis.

Septimò, quod ſemel in menſe ſaltem Energumenos cum in noſtra Diœceſi innumeri ſint, exorcizzent, nam ſingulis diebus exorciſtas Energumenis manus imponere precepit. Carthag. 4.[g]

g Carthag. c 90

Octauò, quod ſingulis annis ipſmet confiteantur fideles, vel ſi alteri prius, tamen ab ipſis Parochis impetrata licentia, ſic pręcepit. Concil. Lateran.[h] ſub Innoc. 3.

h Concil Later. ſub Innoc. 3.

Et nos propter varias, quæ hoc tempore in noſtra Diœceſi circumferuntur fraudes non intelligimus aliquem eſſe confeſſum, niſi cartam à parocho exceperit, & ipſe certior fiat poſtea per confeſſarium dictę confeſſionis.

Nonò, quod infirmis morbo graui laborantibus confeſſionem ſuadeant, & medicos aduertant de præcepto Pij V.[i] ne ſcilicet infirmos viſitent vltra tertium diē, niſi de illorum confeſſione certiores reddantur Pius V.

i Pius V. bulla ſuper Greg.

De-

Decimo, quod Sacramentum extremæ Vnctionis, abſque lumine non deferant, neque illud in Domo ſua teneant ante actualem vnctionem infirmi, vt noctu vocati promptiores exiſtant, vel etiam poſt ipſam ſacramenti exhibitionem.

Decimo primò, debent habere Domum Eccleſiæ parochiali viciná, quod ſi eccleſia parochialis Rectoris habitatione caret, debet citra limites parochię in loco propinquiori Domum eligere. Congreg. Concil. [l]

Et quoniam, qui altari inſeruit debet de altari viuere: iuxta pręſcriptum Apoſtoli. [m] Idcircò mandamus, vt parochis Decimæ iuxta morem ſoluantur, & qui eas ſubtraxerint, vel impedierint, excommunicantur per Tridentin. [n] & Matiſcon. ſecundum. [o] Dignus eſt enim operarius mercede ſua, inquit, Chriſtus Dominus.

Prohibemus autem hunc abuſum in noſtra Diœceſi continuari; quod tempore paſchatis recuſent eccleſiarum Rectores confeſſiones ſuarum ouium excipere, & niſi per Decimarum ante actam ſolutionem, ſolutionem recuſant præſtare peccatorum, expectantes ad tempus hebdomadæ maioris, & ita ex pręſentanea aliquorum impotentia ipſos in excom-

l Congreg. Concil. 23. Septembr. 1596.

m 1. ad Corinth. 19.

n Trid. ſeſſ. 25.

o Matiſcon. 2. cap. 20.

municationem impellunt.

Ad euitandum igitur hoc auarum ſcandalum, pœnam delinquentibus arbitrariam iniungimus, cum hoc ſic negotiari in templo, & Eccleſiam Dei in latronum conuertit ſpeluncam qui lucra de Religione ſectatur docuit Hyeronimus.[p]

p apud S. Tho. in caten. Matth. 2.

CAPVT IX.

De Eccleſijs.

ZElus domus Dei, ita in ſacris ſcripturis pretioſus redditur, vt ipſe Chriſtus, qui in alijs ſceleribus impios verbis animaduertit, huius criminis reos verberibus ſuis manibus emendauerit. Zelus enim domus Dei comedit me, dicebat de Chriſto Dauid, quod cum ita ſit, mirum eſt, quod multi hæreſim Euſtachij[a] ſequentes, ac Lutheri[b] templa ccontemnunt, & nonnulli ita criminoſi reperiuntur, vt Eunomianorum[c] ſequentes deliriũ qui templa non inuiſebant, vix aliquando ſacris ædibus aſtant, ita vt cum Hyeronimo[d] aſſerere poſſimus Samaritanos Iudęos, & verè hæreticos eſſe huiuſmodi homines qui immunditiam contrahere putant

a Concil. Grangen cap. 5.
b Luther. ad Euang. in die Natiuit. Mariæ.
c Gennadius Maſſil. cap 73.
d Hyeron. ad cap. 65. Iſaiæ.

ſi Baſilicas ſanctorum ingrediantur.

Alij autem ita accedunt, vt ignominiam eccleſijs faciant illam diuerſis flagitijs prophanantes ad hanc igitur ſtatuendam venerationem, hęc quæ infra adducuntur contra eos, qui eccleſias, vt deprauent ſubeunt, decreta ſancimus, quod enim attinet ad eos, qui ad eccleſias non pergunt, iam mentem noſtram tractantes de feſtiuitatibus explicauimus.

Primum, quod in eccleſijs non habeantur confabulationes, ſiue ſcurrilia, & nemo in Oratorio aliquid agat niſi ad quod factum eſt; vnde, & nomen accepit. Auguſt. [e]

Secundum, cum ſacra recitantur officia, vel concio, aut ſacra lectio habetur, nullus per eccleſiam deambulet circulos habeat, nec in cachinnos, ant ſimilia, quę ſint impedimento ſe diſſoluat. Pius V. [f]

Tertium, in eccleſiis non habeantur placita. Mogunt. [g]

Quartum, nemo altari, Fonti Baptiſmali, vel aquæ benedictæ adhereat indecenter, nullus terga vertat Sanctiſſimo Sacramento; aut alternato genu miſſæ indecenter aſtet. Nullus cum ſclopis, ſiuè haſtis eccleſiam prophanus ingrediatur, ſed cum reuerentia Deum, &

ſan-

e August. in regul.

f Pius V. bull. cum primum.

g. Mogunt. can. 4

ſanctos veneretur. Gregorius X. in Concil. Lugdun. [h]

Quintum, Turpia cantica circa eccleſia canere omnino contradicimus. Mogunt. [i]

Sextum, comitari ad eccleſiam cadauera, ibique ſtrepitibus ad Cœlum vſque proclamare perturbando officia, ac fidelium vota prohibemus, non enim contriſtari debemus, ſicut & cœteri, qui ſpem non habent Paulus 1. [l]

Septimum, non habeantur Theatralia, cap. cũ decorem,[m] niſi eſſent honeſta, & deuotionẽ inducerent, & hoc de noſtra licentia.

Eccleſiæ, quæ ſunt ruinoſę ſex menſium ſpatio reparentur, & parochiales quæ fuerint collapſæ ex fructibus, & prouentibus quibuſcumq; ad eandem eccleſiam quoquomodo pertinentibus inſtaurentur, & in defectum parochianos omnino obligamus, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Concil. Trid. [n]

Quæ autem dirutæ ſunt, & parochos nec habent, nec habuerint Crucem omnino habeant in medio, vt nihil immundum, aut prophanum appareat.

Sit in vnaquaque eccleſia procurator, & cũ eo alij, qui curam habeant prouentuum, red-

h Greg. X. in Concil. Lugdun. in cap. decet de immun. Eccleſ.

i Concil. Mogunt. can. 46.

l Paul. 1. ad Teſſal 4.

m cap cum decorem, de vit. & honeſt. cleric.

n Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7.

dituum

dituum eccleſiarum, & deinde villarum, & ſementis ſumptuum, & vaſorum argenti, & auri, nec non veſtimentorum, ornamentorum eccleſiæ [a] Synodus Nicen. can. 63. *[a] Nicen. can. 63.*

In omnibus eccleſijs ſua habeantur Archiuia, nec aliquis quid quam vſurpare intendat, prohibentes Archiuiſtis ſcripturam aliquam aſportare, nec alicui vllam tollere, & extra deferre permittant ex Trident. [b] & hoc ſub excommunicatione, quod multo magis de Archiuio Epiſcopali decernimus, nec vacante ſede tradantur ſcripturę, vel proceſſus, vt olim factum fuit cum magno huius eccleſiæ præiudicio, ſed ſtante quod ſedes vacauerit Vicarius Capitularis electus vna cum duabus Dignitatibus ab eodem Capitulo deſignatis illas tradat cum inuentario probatę conſcientię viro, & vna clauis apud capitulum maneat. Si autem aliqua ſcriptura deperierit teneatur Archiuiſta nouo Epiſcopo rationem reddere, & fur pœnæ ducatorum quinquaginta eccleſiæ applicandę, cum maledictione Domini ſit ſubiectus, & tertia pars pecuniaria maneat apud reuelantem. *[b] Trident.*

Singulis ſabbatis hora 22. fideles ad eccleſiam conueniant, in qua Letanię Deiparæ Virgini perſoluantur. Similiter hora 22. in

omnibus eccleſijs pulſetur campana per modum Aue Maria, & fideles flexis genibus Pater, & Aue pro agonizantibus recitent, quæ campanæ etiam ad dæmonum ſugandas poteſtates cum turbines oriuntur erunt pulſandæ.

In qualibet Sacriſtia præparentur infraſcripta.

GEnuflexorium ante quod verſetur Imago Crucifixi, vel Beatiſſimæ Virginis,

Duo vaſcula alterũ pro hoſtijs aſſeruandis, pro particulis alterum.

Armaria, & Capſulę pro conſeruandis ſacris veſtibus; Calicibus, pro purificatorijs, ac corporalibus reponendis.

Fons, cum ſua mappula ad abſtergendas maculas celebrantium.

Tabella miſſarum, ac Anniuerſariorum, cum nominibus illorum pro quibûs eſt cælebrandum, & cum nominibus Capellæ.

Tabella Clericorum, qui obſtricti ſunt ſeruitio eiuſdem eccleſiæ.

Tabella caſuum Bullę in Cœna Domini, & caſuum Epiſcopalium.

Liber Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, Defunctorum ſi Eccleſia fuerit Parochialis.

Hæc, & ſimilia conficiantur iuxta formam in Rituali Romano traditam.

CAPVT X.

De prædicatione Diuini Verbi.

COncionandi munus Epiſcopis eſſe de mandatum latè demonſtrant Cõcilia Carthag. 4.[a] Moguntin.[b] & Trident.[c]

Quia tamen vbique locorum noſtrę Diœceſis præſentialiter eſſe nõ poſſumus Parochos epiſcoporum in tanto negotio ſuffraganeos eſſe voluit. Trident.[d]

Parochi ſingulis Dominicis, & feſtis diebus ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua earumque capacitate doctrina ſalutari reficiant, idem Concil.

Olim namque die Dominico conciones haberi mos erat. Clemens.[e]

a Concil. Carthag. can. 20.
b Mogunt. can. 25.
c Trident. ſeſſ. 5 cap. 2.
d Trid. vt ſup.
e Clemens in conſtit. Apoſt. 59 conſtit.

Tempore quadrageſimæ concionatores, ſiue ſeculares, ſiue regulares fuerint hanc rationem, ac normam ſeruare teneantur.

Primò, quod quicumque concionator in noſtra Diocœſi eſſe voluerit literas de idoneitate, ac morum honeſtate ſecum deferat parochi, vel ſuperioris ſui ſi regularis extiterit. Lateranen. vltim.[f]

f Lateran. vlt. ſeſſ. 12.

Secundò, quod concionatoris munus minime ſubeant, niſi coram nobis, aut noſtro Vicario ſe pręſentauerint, & benedictionem obtinuerint.[g] Trid.

g Trident. ſeſſ. 5

Tertiò, quoniã aliqui ſub ſpecie pietatis virtutem eius, vt ait Apoſtolus abnegantes, authoritatem ſibi vindicant prædicandi, cum Apoſtolus dicat, quomodo prædicabunt niſi mittantur; ideo huiuſmodi excommunicat. Innoc.[h] qui non miſſi publicè, vel clam prædicant; Later.

h Later ſub Innoc. 3 c. 3.

Eſt enim hoc pręcipuum officium in eccleſia, nec omnibus committendum, D. Thom.[i]

i D. Thom. 3. par. q. 67. art. 1.

Quartò, peccata populorum, quibus miſſi fuerint corripiant iuxta illud Apoſtoli,[l] argue obſecra increpa, & iterum peccantem coram omnibus argue. Paulus.[m]

l 2. ad Tim. 5.

m Paulus 1. ad Tim 5.

Non tamen publicè pręlatos arguant, cum

veti-

veritum ſit ponere os ſuum in Cœlum , & ſeniorem hoc eſt pręlatũ haud increpandum eſſe doceat Apoſtolus , [n]

Sed Epiſcopis reuerentia adhibenda eſt . Anacletus , [o] & Euariſt. [p]

Quintò , ſi autem publica fuerint peccata , & populum in ſcandalum trahant, vel errent in fide publicè illos tunc temporis poſſunt reprehendere . D.Thom. [q] hoc enim pacto Paulus redarguit Petrum , ne redargueretur fides Auguſt. [r]

Sexto , peccata publica non tamen ſcandaloſa , nec ſaluti proximorum nociua in particulari poſſunt aduertere , ſicut Coloſſenſibus , [ſ] mandauit Apoſtolus dicite Archippo Epiſcopo miniſterium tuum imple, vel ſuperioribus , aut ſibi ipſis ſunt relinquendi . Caietanus . [t]

Septimò, Euangelium , & ſacram ſcripturam iuxta doctorum interpratationẽ, qui ſint acceptati ab Eccleſia, & non aliter exponant.

Octauo, tempus Antichriſti , & particulares teuelationes non proponant . Later. [u]

Nono, ineptis ac doctis fabulis ſano relicto ſermone prurientes auribus populos non alliciant . Apoſtolus . [x]

Nec ſacram ſcripturam ad ſcurrilia , fabu-

loſa

n Paulus 1. ad Tim. 5

o Anaclet. epiſt. 2.

p Euariſt. epiſt. 2.

q 3. p. q. 42. ar. 2.

r Auguſt. apud D. Thom. loc. cit.

ſ ad Coloſſ. vlt.

t 3. p. q. 42. ar. 2.

u Later. ſub Leon. 10. ſeſſ. 11.

x 1. ad Tim. 4.

loſa vana adulationes, detractiones torqueant. Trid. [aa]

[aa] Trid. ſeſſ. 4. decr. vlt.

Decimo, abſtineant ab oſtentatione, ac vanis quęſtionibus, ſed audiant Paulum docentem; ego cum veniſſem ad vos fratres non veni in ſublimitate ſermonis, aut ſapientię annuncians vobis teſtimonium Chriſti, non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum. Paulus. [bb]

[bb] Paul. 1.

Decimo primo, neque concionem totam dictis poetarum ſiue prophanorum autorum commaculent, nam Paulus 37. annis eſt concionatus, & tamen non legimus vſum fuiſſe poetarum dictis niſi ter. Sanctus Vincent. [cc]

[cc] Vincent. ſer. 4 ſexageſ.

Decimo ſecundo, veritatem Euangelicam authoritatibus hominum (Patribus exceptis ac ſacris Doctoribus) non confirment, dicente Apoſtolo[dd] notum vobis facio Euangelium, quod euangelizzatum eſt à me, quia non ſecundum hominem accepi illud, quod enim ſecundum hominem eſt mendacium eſt ponderat - Auguſt. [ff]

[dd] Paul. ad Gal

[ff] Auguſt. tom. 4 epiſt. ad Galat.

Decimo tertio, Doctores modernos nominatim quaſi in robur ſcripturæ in Cathedra non afferant. [gg] Vrban. 8.

[gg] Vrban. 8.

Decimo quarto, riſus, & ſcurrilia fugiant,

ne

ne Nazianzeni locum habeat quęrela, duas iam dari Theatrales ſcęnas hoc diſcrimine inter ſe diſiunctas, quod altera omnibus pateat alia quibuſdam altera Theatrica ſpiritualis alia nominetur. Nazianz. [hh]

Decimo quinto, vniuerſitates populis conſuetas eleemoſynas non diminuant. Sacra Congreg. [ii]

Decimo ſexto, officium parochorum erit has contributiones ſimul colligere & reddant Paſchatis tempore concionatoribus iuxta illũ, ne claudas os boui trituranti, [ll] cum etiam dicat Paulus, [mm] ſi vobis ſpiritualia ſeminauimus, parum è carnalia veſtra metamus.

Decimo ſeptimo, caueãt diuini Verbi Præcones omnem ſpeciem auaritiæ, nec per lucrum concionentur ſunt enim iſti docet Ignatius non Chriſtiani, ſed Chriſtempori; ideſt, Chriſti lucriones, qui ex Chriſti nomine quæſtum faciunt, fraude circumferentes eius nomen, & adulterantes Verbum Dei. Ign, [nn]

Parochi per ſe concionantes etiam prætextu paupertatis non poſſunt accipere eleemoſynas, quas Vniuerſitates prædicatoribus largiuntur. [oo] Congr. Concilij.

hh Nazianz. orat. 26.

ii Sac. Congr. ad epiſc. Caſſan. 3. Iul. 1590.

ll Deut. 25.

mm Paul. 1. ad Corinth. nono.

nn Ignat. Epiſt. 5.

oo Congr. Conc. in vna veſtam. 30 Martij 1623

SECVNDA PARS

De Clericis.

CLericos in ſortem Domini vocatos, genus electum, ac regale, ea decet honeſtate pollere, vt ſæcularem. Cœtum quem incomparabiliter tranſcendunt, admiratione, & ædificatione perfundant. Quapropter, vt certam viuendi normam pręſcriptam habeant, ea quæ ſecundum Deum iuxta antiquorum decreta Conciliorũ ſentimus, per certam methodum diſtinguemus.

CAPVT I.

De frequentatione Eccleſiæ.

CLERICVS, ſi intra Ciuitatem fuerit, vel in loco in quo eſt Eccleſia, ſi ad illam, aut ad quotidianum ſacrificium non venerit, Clericus nullo pacto habeatur. Toletan. 1. [a] & Mogunt. [b]

a Tolet. 1. can. 5
b Mogunt. can. 57.

Omnes Clerici ſingulis diebus quindecim ſacrę Euchariſtiæ Sacramento reficiantur. Delinquentes verò per tres vices continuas, pœnam nouerint ſe incurriſſe ad arbitrium noſtrum. Presbyteri verò diebus Dominicis,

& feſtis ſolemnibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant miſſas celebrent. Trid. [c]

c Trid. ſeſſ. 23. cap. 14.

In Eccleſia cũ ſuperpelliceis appareant non ſordidis, aut fractis, cum munditia maximè ſacerdotes deceat hac enim ratione olim præcepit Dominus in oſtio Tabernaculi labrum Æneum cum ſpeculis mulierum, vt nihil ſordidum, aut maculatum in veſtibus eorum, qui altari inſeruiebant, videretur. [d] Exod.

d Exod. 38.

Caueant ne ſe in proceſſionibus in via cum alijs admiſceant abſque ſuperpelliceis; præcipuè in proceſſionibus defunctorum, vt lucrum habeant. Neque eorum inceſſu, ſtatu, habitu cuiuſquam offendatur aſpectus. Auguſt. [e]

e Auguſt. in reg. Cleric.

Frequentent feſtiuis diebus chorum, vt de feſtiuitatibus tractantes, diximus, Trident. [f]

f Trid. ſeſſ. 23. cap. 13.

CAPVT II.

De habitu Clericorum.

TAlaribus veſtibus Clerici vtantur, hac enim veſte cœleſtis Iacob Ioſephum ſibi præ cœteris natis dilectũ decorauit.[a] Neque audeant laicales veſtes deferre, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus, ſed illas quæ ordini proprio ſunt congruentes. Trid.[b]

Nam ſacerdotes iuſtitiam debent induere, hoc eſt ſanctitatem, etiam in habitu debent redolere. Pſalt.[c]

Et forma veſtium deformitatis mentiũm, ac morum eſt inditium. Bernard.[d]

Olim color clericalis varius extitit, nam fuſcæ veſtis meminit, Auguſt.[e] Candidæ Hieronymus,[f] & vt in plurimum violaceæ, modo nigrum colorem conſuetudo ſibi vſurpauit, quem & nos preſcribimus, prohibentes veſtes diuerſi coloris, ſiue habitum virgatum, ita Tex.[g]

Quid enim eſt, inquit, Hieronym. quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt, ſcilicet habitu milites quæſtu Clericos actu verò

a Geneſ.

b Trid. ſeſſ. 14. cap. 6.

c Pſal. 131.

d Bernard. lib. 3. de conſid. c. 11.

e Auguſt. c. 199. ad Ediciam.

f Hyeron. lib. 1. contra pelag.

g tex. 1. de vita, & honeſt. cleric.

neutrũ exhibent; nam neq; pugnant, vt milites neq; Euangelizzant, vt Clerici.[h] Hieron

h Hyeron. epiſt. ad nep c. 11.

Eundem habitum talarem. Clerici coniugati deferre teneantur.[i] Trident.

i Trid. ſeſſ. 25. c. 6.

Alias non gaudeant foro. Bonifac. 8.

Bonif. 8. in 6. de cler. coniug.

Omnis ornatus corporeus ab ordine ſacerdotali extraneus cenſetur. Clerici igitur, qui ſe ſplendidis veſtibus exornant, correctioni ſubiacebunt, qua ſpreta, ſi perſeuerent punientur. Quod etiam de his qui vnguẽto ſunt delibuti, intelligimus. Similiter irridentes Clericos, qui vili amictu, & modeſto conteguntur, pœnas luent: ſuperioribus enim temporibus omnis vir ſacerdotalis moderato, & honeſto indumento veſtiebatur. Nicol. 2.[l] & Greg.[m]

l Nicol. 2. can. 16.
m Gregr. hom. vlt.

Qui habitum deſerunt fori priuilegium amittunt; quod ſi aliquando habitum, & tonſuram quis dimiſerit, & inueniatur abſque habitu in captura, & alias talem habitum ſit ſolitus deferre fori priuilegium non perdit. Sac. Congr.[n]

n Sac. Congr. apud Bonac. de leg. diſt. 10. pun. 1. §. 4.

Nullus heremiticum habitum abſque licentia noſtra aſſumat. Trid.[o]

o Trid.

Clerici, qui ob delictum habitum dimiſerunt ad clericatus priuilegium in poſterum non admittantur. Sac. Congr.[p]

p Sac. Congr. epiſc. Sulmon. 7. Iunij 1619.

CA-

CAPVT III.

De Corona.

CLerici in hoc raduntur, vt ſollicitudinẽ coronę Domini in capitibus ſuis gerant. Concil. Tiburienſ.[a]

Et quia dignitatem regalem habent in Decreto.[b] Siue etiam, quia diuinis vacare debent, ſuperius raſuram habent, & in temporalibus admiſceri non poſſunt, idcircò inferius tondentur. D. Th.[c]

Mos quidem, ac ritus antiquus in Eccleſia Dei, & non à tempore Auguſtini, vt deceptus fuit Caluinus, nam tempore Apoſtolorum initium habuit. Iſidorus.[d]

Vnde actorum 21. legitur ſanctificate viros, & radant capita ſua, & meminit. Dionyſius.[e]

Clerici igitur coronam, & tonſuram habeant. Lateranen.[f]

Quæ corona ſit in capite ad modum ſſeræ. Anicetus Papa.[g] Longos texere crines antiquæ legis, patres conſueuerunt, quoniam ipſis nondum erant pandita incarnationis, ac redemptionis humanæ ſacramenta.

a Concil. Tibur. can: 20.
b c. duo ſunt.
c d. 7. in 4. diſt. 24.
d Iſid. lib. 2. de diuin. offic. c. 4.
e Dionyſ. 6. eccleſ. Hierar.
Lateran. c. 16.
g Anicet. epiſc. ad Gallos.

Hoc

Hoc enim coma longa, nec non velata Moyſis facies ſub huiuſmodi velis declarabant, quas comas tollunt noſtri ſacerdotes, quia ipſis reuelata ſunt ſecreta cœleſtia. Sanctus Auguſt.[h]

Nullus ergo Clericus prolixas deſerat comas, cum olim ritus hæreticorum fuerit. Tolet. 4.[i]

Sed aures gerant patentes, crinibus minimè confuſas. Bonifac.[l]

Barbam non nutriant. Carthag. 4.[m] niſi honeſtam, & ſecundum ritum conſuetam.

Si quis carens beneficio habitum induat abſque tonſura, vel tonſuram ſine habitu deferat priuilegio fori non gaudeat. Sacræ Congr.[n]

Clerici coniugati cum habitu, & tonſura debent incedere, & Eccleſiæ à nobis deputatæ inſeruire, alioquin priuantur foro. Trid.[o]

Contrauenientes pœnam arbitrariam ſubeant, & Clerici ab Archidiacono detondeantur inuiti. Agaten.[p]

h S. Auguſt. lib. 1. de de oper. Monac.

i Tolet. 4. can 40.

l Bonif. 8. in decret

m Carthag. 4. can. 44.

n Sac. Congr. apud Bellet. diſp. cleric. p. 1. tit. 3. §. 8. n. 7.

o Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.

p Agaten. can. 20.

CA-

CAPVT IV.

De Continentia.

HOC præcipuè clericis eſt cauendum, ne ipſi ſint criminoſi, neque vitam inhoneſtam tranſigant. nam ſi ipſi deprauatis ſint moribus, quo pactò laicos de ipſorum vitijs poterunt redarguere, quomodo non vituperabitur eorum miniſterium quando monente Paulo, in omnibus, ſicut Dei miniſtros ſe exhibere debent, & ipſi contaminant ſancta, vt lamentabatur ſophonias, & reprobant legem. Trid.[a]

Et quoniam continentia quæ Angelos facit iuxta illud proloquium, in carne præter carnem viuere Angelicum eſt. Clericum, & præcipue ſacerdotem, qui iuxta Malachiam Angelus Domini exercituum dicitur maximè decet, quidquid male ſenſerint Vigilantius,[b] Vuiclef,[c] Luter,[d] & Caraloſtadius,[e] qui primus Archidiaconus in Germania vxorem habuit; ideò de continentia clericorum aliquid dicemus, & ex antiquis traditionibus, licet paucis adducendis breuitati conſulen-

a Trid ſeſſ. 14. de vit. Cleric.

b Hieron. contra Vig.

c Vuiclef: de offic. paſtorali.

d Luter. tom, 2. Germanico.

e Caraloſtad. in erroribus Caroloſtadij.

ſulentes elto ſint plurimæ hęc veritas firmabitur, & dum proponitur quanto pretio fuerit ab antiquis habita eius ſingularis prærogatiua demonſtrabitur.

Cum fæminis habitare antiquitus, niſi ſoror eſſet, aut proxima fuit interdictum. [g] Lucius Papa.

g Luc. PP. epiſt. 1 ad epiſcop. Gallum, & Hyſpan.

Et ſolę matres, Auię, matertere, Amitę ſorores filiæ fratrum, & ſororum habitare permittebantur cum clericis. Carthaginenſ. ſecundum. [h]

h Carthag. 2. can. 17.

Imò neque cum ſororibus, vel propinquis ſe poterant ſecreto adiungere, ne licentia ſuarum, vel propinquarum mulierum quiſque familiarior haberetur ad perpetrandum ſcelus, & hoc pœna ſex menſium pœnitentiæ. Brachar. tertium. [i]

i Brachar. n. 3. can. 4.

Et ſi enim propinquæ mulieres ſuſpectæ non ſint tamen quæ ad eas ventitarent ſuſpicionem poſſunt efficere, dicebat. Auguſtinus. [l]

apud Poſſid. in vita Auguſt.

Ne dum habitatio continuata, verum etiã quoad ſecretum cubiculi puellam, vel ingenuam, vel ancillam intromittere prohibitum fuit. [m] Arelat. ſecundum, quod etiam, & nos prohibemus, ſicut etiam prohibemus habere ſiue liberam, ſiue ancillam in conſortio fa-

m Arelat. 2. can. 4.

milia-

miliaritatis. Tolet. &c.[g] Famulas etiam ætatis prouectę in domo ſecum non teneant; nam hoc cuidam Senogallenſi ſexagenario rio prohibuit. Congr.[h] Epiſcoporum, qui famulam ſexagenariam habebat, & iterum contra alium Presbyterum Ferrarienſem cenſuit Sac. Congr.

Clericis concubinas, & feminas de quibus ſuboriri poteſt ſuſpicio in domo, vel extra retinere, aut cum illis aliquam habere conſuetudinem ſub pœnis à Sac. Canonibus, & Concilijs impoſitas interdicimus. Trid,[l]

Pœnæ impoſitæ ſunt iſtæ. Si fuerit publicus à perceptione fructuum, vel Beneficiorũ ad tres menſes maneat ſuſpenſus, & ſi admonitus vltro non dimiſerit, priuetur.[m] Baſil.

Nullus eius Miſſam audiat. Nicolaus Papa.[n] & excommunicationi ſubiaceat poſt factas tamen admonitiones. Trident[o] & alijs pœnis etiam pecuniarijs ſubiectus ſit. Congr. Concilij.[p]

Si quis tamen Clericum in accuſatione fornicationis impetit ſecundum præceptum Pauli duo, vel tria teſtimonia requirantur ab illo; quod ſi non potuerit datis teſtimonijs comprobare, accuſator delicti pœnam accipiat. Bracharen.[q]

g Tolet. 2. decret. 11

h Congr. 15. Februarij 1619. Congr. in vna Ferrarienſi 5. iunij 1619.

l Trid. ſeſſ. 23. c. 14.

m Baſilien. concil. ſeſſ. 20.

n Nicol. diſt. 32

o Trid. ſeſſ. 24. c. 8.

p Congr. Concil. 5 Nouemb. 1687

q Brachar. 2. can. 8.

In Domibus turpes imagines non habeant quas nullatenus pictores vltro pingere tentabunt Synodus Conſtantinop.[r]

[r] Synod. Conſt. ſcan. 100.

Pulſata tertia noctis hora, niſi vrgeat neceſſitas, ſe colligant, nam horis illicitis ambulare prohibitum eſt. Concil. Epaun.[ſ]

Concil. Eup.

CAPVT V.

De Armis.

ARma Clerici non deferant, cum Arma militiæ noſtræ non carnalia, ſed ſpiritualia ſint docet. Apoſt.[a]

[a] Paulus.

Olim cum armis inuentus triginta dierum incluſione detentus aqua tantum, & modico pane diebus ſingulis ſuſtentabatur. Matiſcon. ſecundum.[b]

[b] Matiſcon 2. cap. 3.

Si arma fuerint breuia, & Clericus de nocte repertus quinquaginta ſcutorum pœnam luat, ſi de die viginti quinque, ita in nonnullis ſynodis ſanctè ſancitum.

Arma, quæ ſub veſte reconduntur ſunt penitus interdicta per Summos Pontifices.[c] Pium IV, & V.

[c] Pium 4 & 5

Si quis autem quod abſit homicidium perpetrauerit omni ordine, & Beneficio Eccle-

ſiaſtico perpetuo careat · Trid.[d] etiam ſi probari non poſſit iudiciarie, ſed ſit occultum. Trid.

· Homicidium caſuale, & abſque culpa, in quo non ſit data opera rei illicitæ irregularitatem non parit. Congr.Concil.[e]

Nouerint autem tantã eſſe homicidij malitiam, quod Moyſes dilectus Dei erat, & tamẽ Diabolus Michaeli miniſterium præbenti in eius ſepultura ſe oppoſuit, putans ſepulcro indignum, qui fuerat homicida Ægyptij; ita explicat verba Iudæ Apoſtoli de Altercatione Michaelis cum Diabolo. Ecumenius.[f]

d *Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.*

e *Cong. Concil. 6. Iulij 1599.*

f *Ecumen. apud Theat. magnum hum. vita ver. reliquia, §. exemp. ſac. ſcrip. veter. teſtam.*

CAPVT VI.

De Venatione, & Itinere.

VEnationi non incumbant Clerici, nullum enim ſanctum, inquit, Hieronymus, venatorem legimus. Nicol· Papa.[a]

Venationẽ, quæ dicitur clamoſa fugiant[b] cap. 1. de Cler.

Canes ad venandum, ſiue accipitres, aut huiuſmodi non habeant. Agaten· Conc.[c]

a *ex Decretis Nicol. apud Gratian.*

b *cap. 1. de cler. venat.*

c *Concil. Agaten. can. 35.*

Abſque noſtra licentia iter non agant.[d] Vormac, & Innoc.[e] & hoc ſub pœna in alijs ſynodis Vmbriaſicenſibus decreta.

Sacerdoti vago, & ignoto Miſſas celebrare non liceat. Trident.[f]

Ad nundinas non pergant. Carthaginen. quartum.[g]

d Concil. Vormac. can. 4.
e Innoc. cap. vnico de cleric. peregr.
f Trid. ſeſſ. 24.
g Carthag. 4. can. 48.

CAPVT VII.

De Bonis, ac Redditibus.

SVppellectilem modeſtam habeant. Carthag. 4.[a] De ſuis redditibus eccleſiaſticis conſanguineos locupletare non audeant. Concil. Trid.[b]

Bona Eccleſiaſtica ſub anathemate non alienent. 3. ſynod.[c] Rom. & Trid.

a Carthag. 4. can. 5.
b Trid. de reform. can. 1.
c 3. ſynod. Rom. Trident.

CA-

CAPVT VIII.

De Tribunali laico.

NVllus Clericorũ curiam propter cauſam, etiã ſuam intret, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio ſimulacrorũ eſt. Sylueſt.[a] in Concil. Rom.

Non poſſunt cognoſci à Tribunali laico, infra de Immnnitate &c.[b]

Non eſt danda ipſis licentia, quod aliquid teſtificentur laicali magiſtratui, quando per indirectum poteſt exoriri criminalitas ſic Congr. Reſpondit Epiſcopo Placentino petenti, an duo Presbyteri, qui teſtes interfuerant cuidam teſtamento rogato per notarium, qui teſtamentũ falſificauerat, & erat iam carceribus mancipatus noluit enim Sac. Congr. vt coram Iudice laico (ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter ageretur) dicti Presbyteri poſſent examinari. Sac. Congr.[c]

Qui Clero adnexi ſunt, non accedant ad actus, ſiue ad adminiſtrationem bonorum, vel procurationum, dicente. Apoſt.[d]

Nemo militans Deo ingerit ſenegotijs ſæcularibus. Carthag. 1.[e]

a Concil. Rom. can. 16.

b infra de immunitat. Cler.

c sac. Congr. 19 Iulij.

d Tim. 2.

e Carthag. 1. can. 6.

CAPVT IX.

De Fæneratoribus.

QVicumque in Clero eſſet voluerit, emendi vilius, & vendendi carius ſtudio non vtatur. Tarracon. [a]

a Tarracon. can. 2.

Fæneratores enim Clericos iuxta formam diuinitus traditam à Comunione ſeiungit. [b]

b Arelat. 1. can. 12.

Concil. Arelat. 1.

Modo per plures etiam Canones eſt interdictum iuxta illud Apoſtoli, argentum, aurũ, & veſtem nullius concupiui 7. ſynod. [c]

c 7. Synod. & alibi.

Non tamen prohibetur Clericis, vt ipſorum bona patrimonialia, & bona beneficiorum ex colere faciant, atque adhunc effectum animalia quæ ad hoc fuerint neceſſaria, emant ac vendant:

Neque enim poſſunt propter hoc à ſuccollectoribus Nuntij aliquo pacto moleſtari, [d] Sac. Congr.

d Sac. Congr. 15. Nouembr. 1616. Nuntio Neapol. Sac. Congr. ep. ſc. 19. Ian. 1593. Nuntio Neapol.

Similiter, ſi à locis pijs terrena in affictũ acceperint non poſſunt prætextu illicitæ negotiationis moleſtari. Congr. [e]

Nullus Cleticus ſecularium domos eorum facultates tractaturus, ſiue ſubiturus procura

tio-

tionem ipſorum adeat. Calcedonen.[f]

Oportet Clericum irreprehenſibilem viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes huius vitæ curas abijciat, ne fidei iuſſor exiſtat, nec aduocatus litium fiat, neque vllo iudiciali negotio inueniatur perplexus, ne huiuſmodi curis præfocatus Deo vacare non poſſit. Clem.[g] & Nicen.[h] & Cart. 1.

f Calcedon. can. 3. & actio. 6 cap. 2.

g Clem epiſt. 1
h Nic. can. 10
cart. 1. c. 6.

CAPVT X.

De menſa.

IN menſa ſobrietas ſeruetur. Trid.[a] Conuiuia inhoneſta, & turpia fugiant, vt enim ait Hieron.[b] omniũ christianorum domos veluti proprias amare debemus, vt conſolatores nos in mæroribus ſuis potius quam conuiuas in proſperis nouerint. Conc. Mogunt.[c]

In menſa circa potum temperantiam obſeruent, & quando vnus alium inuitaret ad prandium, & illum ad bibendum vltra tertiã vicem non ſe conſtringant.

Prohibemus Clericis quod ſe adinuicem obligent ad bibendum ita, quod ille ſit vi-

a Trid, ſeſſ. 22. cap. 1.

b Hieron. ad nepot.

c Mogunt. can. 10.

Conc. Nannetenſe, c. quando autem 44. diſt.

ctor

ctor, qui ſe inebriauerit, & ſecundiorem calicem hauſerit. Innoc. 3. in lat. [i]

i Innoc. 3. in lat.

Non permittant in ſua menſa aliorum murmurationem, ſed illud Auguſtini memoriæ retineant, qui ſuis commenſalibus dicere ſolebat.

Quis quis amat dictis abſentũ rodere vitam.
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi. Auguſtinus. [l]

l in Aug. vita.

CAPVT XI.

De ludis.

ALeæ, ac taxilli ſiue ludi merè fortuiti clericis vetiti ſunt, cap. cler. [a]

Hoc ſub pœnis arbitrarijs nobis. Trident. [b]

Antiquitus ab officio, & beneficio amouebantur, cap. inter dilect. [c]

Spectaculis, ac pŏpis non interſint. [d] Mog.

Inſpicere colludentes ludo morifero interdictum eſt quando per tempus notabile fuerit cap. cleric. [e]

Et hoc ſub pœna excommunic. Pius V. [f]

Hippodiaconus cantor, aut lector Aleæ vacans, vel deſiſtat, vel ſegregetur. Clem. [g]

a c. Cleric. 2. & authen. de ſanct. epiſc. §. interdic. de vit & honeſt. Cleric.
b Trid. ſeſſ. 22. cap. 1.
c c. interd. lect. de exc. prelat.
d Mog. can. 10.
e cap. cleric.
f Pius V. in bull.
g Clem. Rom. can. 43.

CAPVT XII.

De falſis teſtibus.

FAlſus teſtis, prout crimen eſt abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis quod obiecit, etiam ſi probauerit quod diu tacuerit biennij tempore abſtinebit, ſi autem non probauerit in conuentu clericorum per quinquennium placuit abſtineri, ſic olim decreuit. Libert.[a]

Si aliquis Epiſcopum Presbyterum, vel Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, idem Concil.[b] olim communionem prohibuit. Libert.

Pro grauitate tamen delicti, quod falſo impoſuit pœnas veras luet.

Subditi prælatos ſuos, nedum accuſare, ſed nec iudicare, nec leuiter reprehendere debent, percuſſit enim Dauid[c] corſuum, quia oram clamidis Saul abſciderat, ſic faciunt, qui contra prælatos ſuos verbis accuſatorijs mordent, ſacta quippe præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt. Nicol. Papa.[d]

Clerici contempto Epiſcopo ſeorſim non ſe colligant. Concil. Antioch.[f]

a *Libert. can. 74*

b *Libert. loc. cit.*

c *1. Reg. 24.*

d *Nicol epiſt. ad mich. Imperat. Conſtant.*

f *Conc. Antioch. can. 5.*

Nullus clericus ante diligens examen, & ſynodicam ſententiam à communione proprij ſe Epiſcopi ſeparet, licet criminalem quamlibet cauſam eius ſe noſſe prætendat, qui contrafecerit ſacerdotali honore indignus eſt. Concil. Conſtanſ.[g]

g Conſtant. can. 10.

Habeant autem mutuam clerici reuerentiam, Pontifici ſint ſacerdotes ſubditi, Diaconis Subdiaconi, Lectoribus exorciſtæ in omni loco repreſentantes obſequium. Conc. Rom.[h] & vnuſquiſque maioribus ſuis.

h Rom. 1. cap. 7.

CAPVT XIII.

De electione, ac audientia caſuum.

IGnorantia mater cunctorum errorũ maxime in ſacerdotibus eſt vitanda, qui docendi officium in Dei populo ſuſceperunt, ſacerdotes legere Sacras ſcripturas frequenter admonet Paulus[a] dicens, attende lectioni, & exercitationi. Paulus.

a 1. Tim. 4.

1. Nouerint igitur ſcripturas ſacras, & Canones meditentur, omne opus eorũ in prædicatione diuina, & doctrina conſiſtat, & ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operũ diſciplina. Tolet. 4.[b]

b Tolet. 4. can. 24.

Om-

2 Omnes clerici ad audientiã caſuum cõſcientiæ, conueniant, confeſſarij verò, qui tribus continuatis vicibus defecerint, etiam Regulares ſuſpenſi maneant. Ita Romæ ex mandato fel. rec. Vrbani 8. impoſuit Card. [c] Vic.

3. Sacram ſcripturam, Cathechiſmum Romanum, noſtras haſce ſynodales conſtitutiones habeant apud ſe, & præcipue Concil. Tridentinum.

4 Pro libris legendis, quinã (maximæ confeſſoribus) aptiores ſint, conſulant Epiſcopũ, quando ad eius Palatium conuocati fuerint. Turonenſe. [d]

c Vrban. 8. à Card. Vicario emanato, pro cõfeſſarijs, qui Romæ confeſſiones excipiunt.

d Turon. cap. 22.

CAPVT IX.

De libris legendis.

a cap. 2[a]. QVoniam Turonenſe[a] Concilium ſelectionem librorum munus Epiſcoporum eſſe ſpeciali ſanctione determinauit, quæ nimirum inter tot volumina aptiora ſint, quæ clericorum ſacer ordo percurrat, idcircò paucos nonnullos hic ex libris quos poſſunt vtilius legere recenſebimus, nihil clericorum liberati prçiudicantes, quin & alios etiam per doctos legant Authores.

Circa Theologiam Sanctus Thomas, Scotus, Egidius, & Henricus aptiſſimi ſunt, & vnuſquiſque illorum ſuas habet claſſes, ac cōmentatores Caietanus, Aureolus, Durandus. Et iſtos ſui ſequuntur aſſeclæ Durandus tamen in aliquibus opinionibus difficilis eſt.

Si recentiores maluerint habeant apud ſe Suarez, Vaſquez, Granado, Bannez, Curiel, Lorcam, Siluium, Ioannem de Sancto Thoma Araujo Monte peloſum.

Si nouiſſimos appetant, & noſtra ætate ſuperſtites Ioannem de Lugo cuius ſcientia quanto prçclarior extiterit ex eo colligant,

quod

quod purpurea præ cæteris fuerit dignitate pręſignata.

Sfortiam Pallauicinum virum omniſcium quem etiam habebunt Piloſophum, Hiſtoriographum, in omnibus artibus liberalibus peritiſſimum.

Reuerendiſs. Generalem Raphaelem de Auerſa vere ſapientię candidatum.

Et alij plures ſunt, quos hic recenſere ne prolixi ſimus, non vacat.

Si morales Theologos velint habeant Syluestrum, Nauarrum, Sanchez, Toletum, Azorium, ex recentioribus ſunt plurimi Bonaccina, Filliuccius, & ſatis eruditus in quo multas eruditiones habebis, Pater Diana, Et Reuerendiſs. Vincentius Candidus, Sacri Palatij hoc eſt orbis Magiſterio deſtinatus.

Qui controuerſijs cupiunt inſiſtere Bellarminum, vel Grauinam præ manibus habeant, nam quam plures ſunt controuerſiarum ſcriptores.

Hęc de libris nobis ex occaſione occurrunt, quos ſi perlegerint, ſibi, ac ſæculo plurimum poſſe prodeſſe pro certo nouerint, multa etiam ſupereſſent recenſenda pręclarorum volumina Doctornm, quæ tamen præterimus; nam loco ſynodi indicem haberemus.

TER-

TERTIA PARS
De Clero, & Primo de Dignitatibus.

CAPVT I.

De Archidiacono.

ARchidiaconus tamquam Vicarius Epiſcopi,& oculus eſt Diœceſis , cura illius eſt cum alijs examinatoribus examinare pro mouendos ad ſacros ordines, & licet antiquitus ille diceretur Archidiaconus qui primus erat Diaconorum modo tamen etiam ſupra Presbyteros illi cura demandata

eſt, [a] cap, 1. de offi. Archid.

a cap. 1. de offic. Archid.

Eius munus eſt, quod Clerici habitu decenti incedant, & qui comam nutriunt etiam ab ipſo inuiti de tondeantur. [b] Agat. Alex. 3. [c] ext de vit. & honeſt. Cleric.

b Agat. cap. 20.

c Alex. extra de vit. & honeſt. Cleric.

Quando Epiſcopus miſſam celebrat, ipſe ſi nolit Euangelium legere debeat alicui Diaconorum demandare, quin etiam ſubdiaconis imperabit, quinam eorum Epiſtolam legere debeat, Archidiaconi enim munus eſt huiuſmodi imponere offic. [d] cap. de offic. Archid.

d de off Archid.

Vaſa vſui eccleſię dicata cuſtodiat. [e] cap. ea quę de off.

e cap. quæ de off. Archidiac.

Non poteſt literas commendatitias dare, cap. ſignif. [f]

f c. ſignificaſti:

Nec curam animarum committere, cap cum ſatis. [g]

g c. cum ſatis de off. Archid.

Nec poteſt quacumque ex cauſa ſententiã excommunicationis ferre, cap. Archid. [h]

h de off. Archid.

CAPVT II.

De Decano.

DEcanus in Diocœſi noſtra primum obtinet locum poſt Archidiaconum cap. ſuper ſpecula.[a]

a cap. ſuper ſpecula.

Decanatus eſt dignitas, à c.ſuper ſpecula. Ad ipſum ſpectat aduertere, ne quid indecenter inordinatum aut parum modeſtum tam in capitulo, quam in choro committatur, & quod epiſcopis huius Diœceſis defunctis cælebretur piè, ac religiosè anniuerſaria dies iuxta modum à nobis præſcribendum in tit. de exequijs.

b tit.de exequijs in fin.

CAPVT III.

De *Archipresbytero*.

ARchipresbyter Archidiacono iuriſditione, & poteſtate ſubiectus eſt, cap. 1. de off. Archiep. [a]

Duplex autem eſt Archipresbyter alter Vrbanus de quo in cap. officium, [b] & iſte eſt dignitas. Alter eſt Ruralis, qui in terris primum obtinet locum, & curam gerit plebis, cap. vt ſingulæ. [c]

Archipresbyter, qui eſt dignitas habet de iure, quod in feſtiuitatibus præcipuis, aut ſolemniter ipſe cælebret, vel alijs hanc curam committat, cap. off. [d]

Quod vices parochi faciat, ita in noſtra Diœceſi moris eſt.

Non tamen poteſt à caſibus nobis reſeruatis abſoluere, neque omnes ex noſtra Diœceſi, ſed præciſe plebem ſibi demandatam, cap. vlt. [e]

Quod de parochis diximus nouerint Rurales Archipresbyteri ad ipſos pertinere.

a cap. 1. de off. Archipresb.

b cap. offic.

c cap. vt ſingulæ

d c. off. de eod. tit.

e cap. vlt. de off. Archipresb.

CPAVT IV.

De Cantore.

CAntor ſiue pręcentor de quo ſit mentio in capitulo cum olim eſt dignitas, cap.[a] cum olim.

Munus illius eſt tam in horis canonicis quam in miſſis celebrandis, ac lectionibus imponendis presbyteris diſtribuere Antiphonas, & Hymnos &c.dicitur enim præcentor quaſi primus canens, & totam officij machinam diſtribuens, [b] d. cap. cum olim.

a c. cum olim.

b d.c.cum, olim.

CAPVT V.

De Theſaurario.

THeſaurarius quarta dignitas, eſt ad ipſum ſpectat cuſtodia ſacrorum vaſorum, Pontificalium veſtium, ac totius eccleſiaſtici theſauri, cap. perlectis.[a]

Non tamen veſtes illas proprio vſui poteſt appropriare, vt aliqui fecerunt, & tranſgrediens pœnam quæ nobis aptior videbitur incurret.

Solebat apud nonnullos ſacellarius appellari à paruo ſacco, quem ſecum ferebant ad ponendas ibi pecunias Eccleſiæ.

Ipſius eſt, quod mũda habeantur linteamina, ſacta reſarciantur, ſtatuto celebretur die, indulgentias præſente Epiſcopo ipſe pronunciat, minoribus ſacriſtis præeſt, & idem officium habet, ac ſacriſta ſolo nomine diſcrepantes,[b] cap. perlectis.

a c. perlectis 6. ad Theſaur. diſt. 25.

b cap. perlectis.

CAPVT VI.

De ſubcantore.

VLtimum locum inter dignitates ſubcantor obtinet, ſiue ſuccentor, cuius munus eſt abſente cantore antiphonas, & pſalmos diſtribuere, nec non cantum in choro inchoare eius mentio fit. [a] cap. inter dilectos.

[a] *cap. inter dilectos.*

CAPVT VII.

De Clericis coniugatis.

CLerici coniugati, qui clericali, vel aliquo minori ordine fuerint inſigniti ante, & deinde vnica, & virgine ducta more clericorum viuere volunt admittuntur à Sac. Canonibus, & Trid. [a]

[a] *Trid. ſeſſ. 23. c. 6*

Horum officium eſt aſſidue in ſeruire ſicut cęteri clerici in minoribus conſtituti, eccleſię cui ſunt adſcripti, & clericali habitu continue vti; fruuntur iſti canonis, ſi quis ſuaden; & fori eccleſiaſtici priuilegijs; dummodo in habitu, & tonſura inceſſerint clericali, ac in-

ſer-

ſeruiant Eccleſiæ cui ſuerint adſcripti, cap. vnic. [b] & Trid. [c]

Non gaudent ſi prædicta non obſeruent.

b c. vnic. de cler. coniugat. in 6.
c Trid loco cit.

CAPVT VIII.

De Diaconis Siluaticis.

DIaconi ſyluatici ſunt famuli, qui nulla recepta mercede ſeruiunt ad tempus Eccleſiæ, vel Epiſcopo; eccleſię quidem eas mundando, vel campanas pulſando, epiſcopo vero quatenus officium birruarij tabellionis, & ſimilia exercent.

Prædicti Diaconi canonis priuilegio non gaudent bene tamen ſori, in criminalibus omnino, in ciuilibus, quo ad corporis diſtrictionem, & immunitatem ab oneribus perſonalibus non vero ab alijs, & hoc durante ſeruitio ipſorum. Sac. Congr. [a]

Si tamen alicubi maioribus gaudeant priuilegijs, & immunitatibus ex conſuetudine id ſequendum eſt, & in caſu controuerſię declarationem ſibi reſeruat eadem Congr. [b]

a S. Congr. in negotijs Regni Neapolit. 10. Kalen. Iul:j 1623.
b Cong. loc cit.

CAPVT IX.

De iudicibus Synodalibus.

IVdices Synodales ſacroſancti Tridentini Concilij præceptis inherentes eligimus, ac deputamus infraſcriptas perſonas, quibus à ſuperioribus cauſas ad forum accleſiaſticum ſpectantes poſſunt demandari iuxta formam à Conc. Trid. traditam hos autem iudices monemus, vt quam citius lites diſſoluant, & litigantium artibus ſiuè in litis conteſtatione, ſiue in alia parte iudicij differenda modis omnibus, aut termini pręfixione, vel alia competenti ratione occurrant.

Eligimus in iudices ſynodales.

Reu. D. Mutium Petronum I.V.D.
Reu. D. Paulum Citrea.
Reu. Abb. D. Marium Rizzo.

CAPVT X.

De examinatoribus ſynodalibus.

CVm ex decreto ſacroſancti Concilij Trid. examinatores ſynodales per ſingulas Diœceſes à ſynodis electi eſſe debeant, placuit, ea quæ ad ipſorum officiũ ſpectant ipſis præſcribere. *ſeſſ.24.c.18.*

Primo, quod quacumque humana affectione poſtpoſita fideliter exerceant munus ſuũ, neque occaſione examinis antea, vel poſt aliquid accipiant alias ſimoniam incurrant. Tridentinum.[a]

a Trid. ſeſſ.24. c.18.

2 Peracto examine renũcient quot iudicat fuerint idonei, licet ad nos eius quem magis idoneum iudicabimus electio pertineat, idem Trident.[b] & Congr. Concil.[c]

b Iſid. loc.cit.
c Congr. Concil. 5. April.1598.

3 Quod ſi aliquis cõpareat in concurſu ad examen termino lapſo nullatenus admittatur Congr. Concil.[d]

d Cong. Concil. 9.Aug. 1593.

4 Quãdo plures præſentantur ſuper Parochiali de iure Patronatus laicorum exiſtente, requiritur examen per concurſum inter præ-

ſenta-

ſentatos tantum, & non alios, nos vero vnum ex illis, non ex alijs eligemus. Cong. Conc. [e]

c Congr. Concil. 16. Ian. 1595.

5 Neq; enim abſque examine parochiales Eccleſiæ ſunt concedendæ. Trid. [f]

f Trid. ſeſſ. 24. c. 18.

6 Ab examine per cõcurſum excluduntur dignitates, quæ annexam habent parochialem perpetuam, Abbates, qui in Abbatia annexam habent parochiam de auctoritate tamen Sedis Apoſtolicæ vnitam, & nonnulli alij qui apud DD. poſſunt videri.

Examinatores Synodales ſunt.

D. Io. Leonardus Caiazza ſubcantor.
D. Mutius Biſanti.
D. Natalis de Vrſo I. V. D.
D. Tiberius Caruſo.
D. Coſmo de Amato.

CAPVT XI.

De Reuerentia exibenda Clero.

PRæcipimus laicis, vt qua decet reuerentia clerum colant, & maximè ſacerdotes, non enim quales ſunt ipſi, ſed quod de Domino loquuntur eſt ipſis attendendum, neque inferiores ſcribis habendi ſunt, de quibus præcepit Dominus quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite. Nicolaus Papa. [a]

Quamuis malus ſit miniſter ſacramenta, tamen quę diſtribuit valida ſunt; nam & lutum ſolem reflectit, & lumen in cœno non inſordeſcit. Trid. [b]

Quin,& fax accenſa detrimentum ſibi prę-ſtat, ſed alijs lumen miniſtrat. Nicol. PP. [c]

Sacerdotum vitam non inueſtigent laici dicentes cum Phariſeis, quare tranſgrediuntur hominum traditiones, ne & ipſi audiant, quare, & vos tranſgredimini mandatum Dei. d. 28. cap fin. [d]

Si de Domini ſacerdotibus aliquid laicos audire cõtigerit,quod confuſionem pijs mentibus ingerat non infrunitos, ſed pudora-

a Nicol. PP. apud Gratian.

b Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.

c Nicol. qui ſup.

d d. 28. c. fin.

tos Noe filios imitentur; paternā verecundiā cōtegant, ſunt enim Patres communes, & eius meminerint, quod de Conſtantino prodijt, antiquitas ad eius gloriam immortalem, ſi proprijs aſſerebat Imperator oculis ſacerdotem, vel monacum peccantem aſpicerem, clamide memet exuerem, & ne ab aliquo poſſet videri ipſe cooperirem. Concil. Nicæn. [e]

[e] *in Concil. Nican.*

CAPVT XII.

De Magiſtris diſciplinarum.

QVoniam nonnulli Licinij Cæſaris errorem ſequentes, ita doctrinam, ac ſapientiam deteſtantur, vt in eorum terris magiſtri, qui pueros edoceant exilio, cum nulli ibi exiſtant, vidantur eſſe mulctati, & plures heracliti, ac cratilli erroribus factis ita adhærent, vt ſcientias non curent, nullas dari ſcientias exiſtimantes; & ſi cogantur iſti à parentibus adire præceptores, in hoc ſolum Hercules videri appetunt, quod ſupra caput magiſtri liram frangentes hoc eſt ſcholas peruertentes virtutem abominantur; Ideo pro bono Diœceſis doctrinis viam aperire decreuimus, vt ſic diſciplinatis ingenijs

virtus vndequaque eniteat, quæ hucuſque lares iſtos fortaſſe non agnouit.

Ad hoc ergo ſtatuendum de magiſtris diciplinarum in hoc capite, in ſequenti vero de ſeminario diſcurremus.

Primò, igitur magiſtri diſciplinarum probatæ famæ eſſe debent, nec non & moribus præclaris ornati, plurimi enim iſti à Ciuitatibus ſunt eſtimandi. Later.[a]

Secundo, nullus ipſorum publicam habeat lectionem, niſi recepto parochi teſtimonio, etiamſi laici fuerint, & facultatem à nobis, vel à noſtro Vicario obtinuerint, cum optima vita, & Doctrina eſſe debeant. Tolet. 4.[b]

Tertiò, non interpetrentur diſcipulis libros turpia continentes, & illos, qui prohibentur.[c] Congr. indicis.

Quartò, qui altiores edocent diſciplinas meminerint eorum quæ tradit Vincentius Lirinenſis explicans illud Apoſtoli, ò Timoteæ[d] depoſitum cuſtodi prophanas vocum nouitates deuitans, vbi hæc habet, quod eſt depoſitum; ideſt quod tibi eſt creditum, non quod à te eſt inuentum, quod recepiſti, non quod excogitaſti, intelligatur te exponente illuſtrius quod antea obſcurius credebatur, eadem quæ didiciſti, ita doceas, vt cum di-

a Later. ſub Innoc. 3. can. 11.

b Tolet. 4. can. 23.

c Congr. indicis.

d ad Timot. 6.

cas noue non dicas noua,& poſt pauca proſequitur priſca illa cœleſtis philoſophię dogmata à poſteris excurentur limentur, poliantur, ſed nephas eſt, vt commutentur, detruncentur, mutilentur humanornmque ingeniorum, quaſi extranea additamenta recipiant, hec Vincentius.[e]

e Vincentius citatus.

Quinto, & quoniam docet ſapientia diuina, quod in animas ſanctas ſapientia ſe transfert, & in animam maleuolam non introibit, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis; ideo diſcipulos bonis informent moribus, ac diſciplina, initium enim ſapientiæ timor Domini. pſal.[f]

f pſal. 111.

Sextò, ſtatuimus cum Concilio Lateran. quod ſcholarum magiſtri ſuos diſcipulos nedum in Grammatica, Rhetorica, & cœteris huiuſmodi inſtruant, verum etiam ea teneantur docere, quæ ad Religionem ſpectant, vt ſunt Diuina præcepta articuli fidei, ſacri hymni, pſalmi, vitæ ſanctorum, &c. diebus feſtiuis nil aliud eos doceant, quam ea quæ ad Religionem, ac bonos mores ſpectant, ad diuina officia, & ſermones audiendos ipſos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eos legere permittant. Concil. Later.[g]

g Concil. Later. can. 7.

CAPVT XIII.

De Seminario.

OMnis ætas ab adoleſcentia ſua ad malum prona eſt, nil enim incertius, quam adoleſcentium vita, ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes, aut adoleſcentes extiterint, omnes in vno conclaui commaneant, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant,& deputentur probatiſſimo ſeniori, quem & magiſtrum doctrinæ,& teſtem vitę habeant. Tolet. [a]

Hoc noſtrates ſeminarium vocant, & à Tridentino in præcepto eſt hæc autem pro ſeminario pręcipimus,

Primo, in hoc ſeminario non ſint niſi pueri annorum duodecim legitimi, bonæ indolis, ac pauperes, qui tamen competenter ſcribere, & legere noſcant. Trid. [b]

Secundò, omnes vtantur veſte clericali, ac tonſura, & Eccleſiæ Cathedrali feſtis diebus inſeruiant. Trid. [c]

Tertiò, doceant eos magiſtri, quæ ad Religionem pertinent, eoſque in illis inſtruere,

a Tolet. 4. can. 23.

b Trid. ſeſſ. 23. cap. 18.

c loc. cit.

hor-

hortari, & cogere in quantum poſſunt teneantur, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere permittant. Later. ſub Leon. [d]

[d] Later. ſub Leon. 10. ſeſſ. 6. can. 6.

Quartò, mane omnes ſimul orationem faciant, veſpere examen habeant conſcientiæ, quid boni, vel quid mali fecerint, ſedulo inſpiciẽtes, ſi enim Gentiles hoc plurimi faciebant; vnde Pithagoras diſcipulis ſuis noctu cubitum ituris verſum perpendendum propoſuit, vt refert Laertius, [e] quem poſtea Virgilius ſic expreſſit.

[e] Laertius lib 8

Non prius in dulcem declinent lumina ſomnum
Omnia quam longe repetiuerit acta diei
Quid permiſſum quid geſtũ in tempore quid non

Sic refertur, apud magnum Theatrum [f] quid debent facere adoleſcentes Chriſtiani?

[f] Theat. verb. examen.

Quintò, otio bellum perpetuum indicent, & ſicut Gimnoſophiſtæ apud Alex. [g] adoleſcentibus antequam cibum ſumerent, quid eo die humano generi lucri fecerint, quidue ſapienter ægerint ſollicite indagabant, & contra delinquentes gulam otio vacare volebant, otioſa pœna otium plectentes; ita procurent, vt nullo, nec momento adoleſcentes otioſi inueniantur cum dicat ſapientiſſimus, qui ſe-

[g] Alex. lib. 5. cap. 21.

ctatur

ctatur otium ſtultiſſimus eſt. Prou. 12.[h]

Et quoniam redditus ad ſeminarium ſpectantes perierunt, omnium beneficiorum detrahantur ad hunc finem elemoſynæ ex fructibus iuxta Concil. Trid.[i]

Septimò, hęc autem detractio non debet fieri ex deſtributionibus quotidianis; vnde Canonici, qui alios redditus non habent, quam quotidianas diſtributiones non tenẽtur ad huiuſmodi contributionem. Sac. Cong. Conc.[l]

Octauo, interim cum paupertas noſtra nõ permittat tam cito erectionem ſeminarij, erigatur ſchola meliori modo, quo poterit; ita Summus Pontif. in Decreto Congr.[m]

Nono, quicumque autem ſpiritu ſancto inſpiratus ex redditibus ſuis aliquid ad tantum opus deſtinauerit benedictionem domini ipſi impartimur volẽtes, quod pro benefactoribus anniuerſaria cælebretur dies cum miſſa, & omnes Alumni pro illius anima ſacra communione reficiantur.

h Prou. 12.

i Trid. loc. cit.

l Congr. Concil. 10 Decem. 1592

m apud Rub. loc. cit.

CAPVT XIV.

De caritatiuo ſubſidio à Clericis præſtando.

SVbſidium charitatiuum hoc eſt charitatis auxilium, quod Epiſcopis, & ſuperioribus prælatis ferri conſueuit, vt ſuis opem habeant in neceſſitatibus, poſſunt Epiſcopi rationabili oblata cauſa licite exigere à ſubditis, & noletes compellendi ſunt cum charitate tamen, ac debito moderamine, cap. conquerente. [a]

enentur enim, qui beneficia ab aliquo recipiunt ipſi beneficium impendere, Diuus Thom. [b] & cap. cum in officijs 7. de teſtam.

Ab Epiſcopis autem tam in regimine, quoad ſpiritualia, quam in ipſorum ſpiritualium miniſterio plurima ſumuntur beneficia dicente Paulo ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſ penſatores miniſteriorum Dei. Apoſt. [c]

Poteſt, itaque Epiſcopus contra Clericos renitentes ſubſidia contribuere, illos excommunicatione animaduertere. Rota. [d]

Patriarchæ Archiepiſcopi ab eccleſijs ſuæ prouinciç ſiue à Diœceſibus ſuffraganeorum

ſubſi-

a cap conquerente in fine, de offic. ordin. & c. cum apoſt. verſ. ſubſtinemus autem de cenſibus,
b quæſt. 106. 22. art. 1.
c c. 1. ad cor. 4.
d Rota deciſ. 23 apud Azor. par. 2 inſtit. cap. 14.

ſubſidium exigere non poſſunt quemadmodum nec in huiuſmodi poſſunt iuriſdictionem exercere, niſi quatenus iure reperiretur expreſſum, cap. conqueſtus.[e]

Similiter neque Prælati inferiores Epiſcopo niſi haberent priuilegium.

Poſſunt tamen id expoſcere legati Summi Pontificis habentes plenæ legationis officium cum ius habeant in totam Prouinciam ſimiliter, & Coadiutores quos Summus Pontifex tribuit Epiſcopis, vel eccleſiæ Cathedrali vacanti in illa Diœceſi, vt communiter tradunt Doctores.

Id ipſum poteſt capitulum Sede Vacantè. Gloſ. in cap. cupientes.[f]

Quantitas requiſita ad ſubſidium incerta eſt cum nonnulli[g] ſentiant decimam annui redditus partem requiri. Alij[h] aſſerunt non eſſe iure aliquo huiuſmodi quantitatem definitam alij, quod pro prima promotione tantum debet eſſe quantum ſoluunt Epiſcopi in Curia Romana pro primis fructibus aliquando autem minus, & de iſtis eſt S. Anton.[i]

Nos autem nil innouandum ſentimus, nec cogendus eſt aliquis ad maiorem ſolito contributionem, ita præcipit Sac. Congreg.[l] Epiſcoporum.

e cap. conqueſt. 9 de offic.

f Gloſa in cap. cupientes, §. ad ad hac aliunde de elect. in 6.

g Afflictus deciſ. 136.

h Nauarr. conſ. 10. Sairus in floribus deciſ. deciſione 10.

i Anton. 3. par. tit. 20. cap. 2 §. 20.

l Sac. Congr. 17. Ianuar. 1589.

Cauſæ rationabiles exigendi ſubſidium ſunt.

Prima, pro conſecratione Epiſcopi, & bullis expediendis dummodo ſubſidium factas expenſas non excedat. Congr. Epiſcoporum.[m]

Secunda, ſi debita contraxit Epiſcopus pro iure eccleſiæ tuendo, c. conquerente.[n]

Tertia, ſi Epiſcopus magnas erogruerit expenſas in negotijs totius Diœceſis communibus pertractandis, vel ſi magnæ lites in bonis eccleſiæ moueantur.

Si pro eccleſiæ fabrica, vel alia re continente illius publicam vtilitatem, vel conſeruationem, magnam fecerit emptionem.

Quarta, ſi impenſas neceſſarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris Regis, vel Principis.

Quinta, ſi iter arripiat ad Papam, vel Imperatorem, aut Regem ob ſuæ, vel totius generalis eccleſiæ commune bonum.

Sexta, ſi viſitare debeat limina Apoſtolorũ cap. ea.[o]

Septima, ſi pergat ad Conciliũ prouinciale & ſi ad Concilium Generale iuxta id quod habetur, cap. placuit.[p]

Has rationes tradunt communiter Doctores.

m Sac. Congr. 24. Maij 1583.

n c. conquerente cit.

o cap. ea qua de cenſib.

p cap. placuit diſt. 18.

Hęc

Hæc ſubſidia expetenda ſunt à clericis ratione ſuorum beneficiorum non tamen ratione diſtributionum quotidiniarum nec proprij patrimonij, cap. conquerente. [q]

Succeſſor beneficij ſoluat ſubſidium, quod anteceſſor beneficij non ſoluit. l. hactenus. [r]

Penſionarius pro rata penſionis, cum penſio imponatur ſuper fructus, ſubſidium debet tribuere, cap. conqerente. [ſ]

Niſi tamen Papa aſſignaret clerico penſionem hanc liberam ab omni ſubſidio, vt ſtylus Romanæ curiæ in penſionibus à Papa aſſignatis obſeruat. &c.

Hoſpitalia cauſa communis pietatis extructa, ſi titulum habeant beneficij obligantur ad charitatiuum ſubſidium, & ſi fundata ſint Epiſcopi authoritate DD.

Capitulum Cathedralis Eccleſię debet magis, quam alij charitatiuum præſtare ſubſidiũ, cũ congruũ ſit quod menbra ſubueniant capiti ſuo, magis quam extranei, cap. cum non liceat. [u]

Fratres Sancti Ioannis Hieroſolymitani eorumque Vicarij in Parochialibus religioni vnitis non poſſunt compelli ad ſolutionem ſubſidij charitatiui. Sac. Cong. [x]

Eccleſiæ exemptæ, niſi in fundatione, ac

q cap. conquerente cit.

r l. hactenus, ff. de vſufruct.

ſ loc. cit.

u cap. cum non liceat de praſcr.

x Sac. Congr. in Auguſtana 4. Decembr. 1630.

priuilegijs oppoſitum appareret,non tenentur.

Non poſſunt ſubditi allegare præſcriptionem ne præſtent ſubſidium cum hæc foret prçſcriptio contra charitatem, & ita nulla eſſet ex defectu cauſæ rationabilis, & etiam quia prçſcriptio non currit in his quç non ſunt facultatis petere autem ſubſidium pendet à facultate ſuperioris, ita DD.

QVARTA PARS

De Immunitate Eccleſiaſtica.

CAPVT I.

De immunitate Clericorum.

ECcleſiaſticæ prȩrogatiuam immunitatis, ſacris conſonam eſſe ſcripturis, naturali conformem rationi, ſingulis legibus conſentaneam omnibus, qui ſe ſcire profitentur, manifeſtum eſt.

Nec videre poſſumus, quomodo Marſilius [a] & Ioannes de Ianduno [b] oppoſitum ore bla-

a & b Turrecremata. lib. 4. ſumma de Eccl. par.2. cap 37.

ſphemo

ſphemo euomuerint; imò quod Eraſmus [c] mendaciter pius, & verè impius pietatis officiũ dixerit Clericorũ immunitatẽ oppugnare; neque rationem vllam adduci poſſe irrationabiliter aſſeruerit Bucerus, [d] quam adinuenire volens Caluinus [e] ad ſcelerum licentiam fuiſſe introductam, ſicut antea mentitus fuerat Luter [f] nimis licentiosè cõfirmauerit non inquam videri poteſt, cur hæc dici, aut ſomniari poſſint.

Exemptio enim Clericalis, vt ſacra nos edocent oracula ſcripturarnm ab antiquis tẽporibus exordium nacta eſt; cum enim Ioſeph [g] vniuerſam Ægyptum Pharaoni tributariam feciſſet terram exemit ſacerdotum, ac donauit libertati, ex quo loco immunitatem Eccleſiaſticam vetuſtiſſimam eſſe iure pariter Diuino, & humano introductam obſeruauit. Concil. Colonienſe. [h]

Et creſcente populo Iſraelitico ipſe Dominus leuitas quibus clericalis ordo ſucceſſit, vt Leo Papa [i] teſtatur ſolum imperio, ac poteſtati Aaronis Pontificis, ac Succeſſoribus deſtinauit; Artaxerſes [l] Perſarum Princeps Iſraeliticos ſacerdotes im munitate donauit, & in noua lege Chriſtus Dominus cum de Tributo ſiſcitaretur poſito problemate an filij, vel

c *Eraſmus Roterod. ad cap. 17. Matth.*

d *ad cap. 17. Matth.*

e *ad c. 17. Hier.*

f *Reſponſ. ad lib. Amb. Catharini.*

g *Geneſis 41.*

h *Colonienſe p. 9. cap. 20.*

num. 3.

l *1. eſdræ 2.*

alieni tributorum ponderibus aggrauarentur dum filios eſſe liberos docuit eccleſiaſticas perſonas iuxta Gloſ. Hyeron. [m] exemit.

Petrus Summus Pontifex primus hanc exemptionem referente Clemente Roman. [n] obſeruandam fidelibus tradidit. Apoſtolus Paulus hoc negotium indubitatum habens Epiſcopo normam iudicandi, quam circa eccleſiaſticas ſeruaret perſonas præſcripſit. Aduerſus Presbyterum inquit Paulus noli accuſationem recipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus.

m Luca 5. & Matt. 17.
n Clem Rom. 1. epiſtola dec.

Poſt Apoſtolos acceſſerunt aliorum decreta Pontificum, & quoniam nonnulli tempore Conſtantini hoc eſt tertio ſæculo, ſiue anno 320. ac Valentiniani, & Theodori munus iſtud Eccleſiæ fuiſſe collatum,& non aliter aſſeruerunt; ideò adduci poſſunt contra iſtorum opinionem Anacletus Papa, [o] qui anno 90. floruit ſub his verbis. Leges Eccleſię, inquit, Apoſtoljca firmamus authoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus, Eccleſiarum enim, & ſacerdotum priuilegia Sancti Apoſtoli iuſſu Saluatoris intemerata, & inuolata omnibus decreuerunt manere temporibus.

o Anaclet. epiſt. prima.

Secundo fuit Caius [p] anno 283. qui idem præcepit.

p Epiſt. ad felic.

Tertio Marcellinus [q] anno 296. circiter, qui vetuit Clericos quoſcumque ad ſecularia trahi Iudicia, & à ſecularibus accuſari. Sequenti ſæculo fuit Conſtantinus, & fuerunt Theodoſius, & Valentinianus; vltra allatos Pontifices poſſumus adducere poſt Conſtantini, ac Valentiniani, & Theodoſij tempora Simmacum [r] Pontificem, Gregorium ſeptimum [ſ] Alexandrum tertium [t] Innocentium tertium. [x] Leonem Decimum [y] Alexandrum Quartum. [z] Bonifacium Octauum Benedictum vndecimum, Vrbanum [aa] Sextum. Eugenium, [bb] & hic ſiſtimus multi enim alij eſſent recenſendi, quos breuitatis ergo omittimus, ſufficiat pro omnibus Innocentius [cc] Decimus, accerrimus immunitatis defenſor, qui ad tantum fouendum negotium aſſidue inuigilat, & qui immunitati derogantes eccleſiaſticas, niſi deſiſterent oppoſuit cenſuras.

Idipſum ſanxerunt concilia ſcil. Romanum [dd] Antiochenum, [ee] Moguntinum, [ff] Lateranenſe [gg] ſub Alexandro tertio [hh] Lateranenſe ſub Innocentio tertio, Carthaginenſe, [ii] & alia vſque ad annum 1500.

Quibus ſi addantur Imperatorum decreta, hoc iubenti à nimirum Conſtantini primi, [ll]

q epiſt. 2.

r Sim. Rom. 4.
ſ lib. 8. epiſt. 21.
t In Concil. Later. ſub Alex. 3.
u in Concil. Lat. ſub his Pontific.
x 6. decret: lib. tit 23. de immunit.
y 6. decret. de immunit. Eccleſiar.
z extra de immunit Eccleſiaſt.
aa Vrb. conſt. 2.
bb Eugen. ad Franc. ſc Foſcari Ducem Venetum ſcribens.
cc die 11. Ian. 1654. decret. à Tribun. ſanctiſs inqu. eman.
dd Concil. Rom. ſub ſylu. cap. 16.
ee Ant. cap. 12.
ff cap. 6 de immun. rerum Eccleſiaſt.
gg Later. ſub Alex. 1 par. cap. 19
hh cap. 46.
ii in confirmat. Conſt. Federici.
ll Conſt. epiſt. ad Auilinū Proconſulem Africæ.

Con-

Conſtantini ſecundi,[mm] Conſtantij [nn] Valentiniani Valentis, & Gratiani, [oo] Theodoſij, [pp] ac Valentiniani, Honorij, [qq] ac Theodoſij, Valentiniani, [rr] ac Marciani, Leonis, [ss] & Anthemij, Iuſtiniani [tt], Leonis [uu] Philoſophi, Fiderici Secundi [xx] concludens cũ Eugenio Papa omnia diuina, & humana iura diſponere miniſtros Dei ab oneribus, & exactionibus immunes fore Eugenius Papa.

Fateor me ſynodi metodum exceſſiſſe, hoc tamen conſulto factum eſt, vt & ſæculares viri Clericorum agnoſcentes dignitatem ipſos venerentur, & timeant ante faciem Eccleſiæ contra immunitatem etiam ſomniare, dum pro illa diuinæ leges, Pontifices Summi, ſacra concilia, & Imperatores conclamant, modo ad explicationem eorum, quę hoc negotium concernunt decretis deueniamus.

Sunt ergo immunes clerici omnes, neque enim (& hæc eſt ratio, ac æquitas naturalis) decet Eccleſiam Dei minus eſſe liberam Principum Chriſtianorum tempore, quam fuerit tempore Pharaonis. Alex. 3. [rr]

Quæ immunitas eſt de Iure Diuino, Lateran. [ſſ] & Colonien. [tt]

Et non ſolum canonico, nam Triden. [uu] Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus

mm apud Iuſtinian C de epiſc. & Cleric. l. 2.

nn epiſt. ad epiſcopos Eccleſ Catholica.

oo apud Iuſtin. loc. cit.

pp apud Iuſt. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 9.

qq apud Iuſt. C. cit. de de ſacroſanct. s Eccl. l. 5.

rr C. de ſacroſ. eccleſ. l. 12.

ss C. de epiſc. & & cleric. 35.

tt C. de epiſc. & cleric. l. 52.

uu Conſtit. 68.

xx Conſtit. de ſtatut. & conſuet. contra immunit. Eccleſia. cap. 1.

zz ſcribens ad Franciſc. Foſcari Ducem Venetũ,

rr Later. c. non minus de immun. n. t. Eccleſ.

ſſ Lateran. ſub Innoc. 3. can 93.

tt Colon. ſup. cit.

uu Trid. ſeſſ. 25 cap. 20. de refor.

ſtatutam eſſe determinauit. Tridentinum.

Et hoc expendit etiam Rota. [a]

Et prius dixerat Dionyſius ſub his verbis ordinem à Deo ſtatutum peruertit, ſi quis inferior ſacerdotem iudicare præſumat Dionyſius. [b]

Hæc autem immunitas facit clericos exemptos à iudice laicali; etiamſi leges ciuiles non ſeruent Calcedon. [c] & cap. clerici.

Nam Paulus, ſi ciuiles lites Chriſtianorum ad iudicium Etnicorum deferri prohibuit; quonam pacto ad illos eccleſiaſticas lites deferri permiſiſſet.

Et non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cẽſentur exempti epiſtola Caij, [d] & acta nulla habeantur, ſi contra eos habita fuerint, cap, Clerici. [e]

Etiam in crimine hæreſis Iulius 3. etiam incidenter. [f]

Vnde grauiter puniuntur clerici, ſi Eccleſiæ cauſam ad temporale Tribunal. deferant. Mileu. Carth. 3. & Tolet. 3. [g]

Neque ſolum clerici, ſed ipſorum bona tam eccleſiaſtica, quam ſecularia exempta ſunt, & tributis ſubeſſe non poſſunt Later. [h] ſub Alex. & Lat. ſub Innoc.

Nec pro ære alieno compellendi ſunt, aut

poſ-

a in vna Albanenſ. gabellæ 28. Iun. 1530. coram Merlino.

b epiſt. 8. ad demophil.

c Calcedon. can. 9 & cap. clerici.

d Cor. 6.

d epiſt. Caij PP. ad ſil. epiſt. 2.

e cap. clerici.

f Iulius 3. c. vt inqu. ſ. oſſ 8. prohibemus.

g Mileu. can. 13 Carth. 3. can. 8. Tolet. 3. can. 13.

h Later. ſub Alex. 3. & lat. ſub Innoc. 3. c 46.

poſſunt, vel ſubſtitui, aut cenſuris cogi.[a] Sac. Congr.

Cui priuilegio, nec ipſi clerici poſſunt renunciare, neque quoad patrimonialia cum ipſis ſit interdictum tam in ciuilibus, quam in criminalibus, cap. placuit.[b]

Gaudent priuilegio immunitatis clerici coniugati, & vxores, hæc enim ſequitur viri forum leg. fin[c]

Filij legitimi clericorum ante clericatum ſuſcepti durante patris vita. Sac. Congr.[d]

Patres clericorum, & fratres in eadem domo habitantes pro indiuiſo, etiamſi clerici ſint minores cum priuilegium perſonæ ſocij communicent, Gloſſ. in l. fin.[e] noſtri formiliares Sac. Congr.[f]

Diaconi autem ſyluatici, ſiue illi, qui curię inſeruiunt ad exequutiones faciendas, ſcripturas notificandas, delinquentes carcerandos, & huiuſmodi ſunt à foro ſæculari exempti ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus.

Bona eccleſiæ conceſſa laicis in emphiteuſim gaudent priuilegio fori, & collectari non poſſunt; decreuit Rota.[g]

Statuta laicotum prohibentia moram, vel ingreſſum ſimpliciter, vel ad tempus quibuſcumque animalibus, pœnaſque huic prohi-

a Sac. Cong. 27. Auguſt. 1591.

b cap. placuit extra de for. comp.

c l. fin. C. de incolis.

d Sac Cong. 18. Mart. 1631 apud Barboſ. de Iur. Pont. ſ. lib. 1. c. 39 §. 2.

e Gloſſ. in l. fin.

f Sac. Congr. habito verbo cum ſantiſſ. 2. Mart. 1611.

g Rota an. 1631

bitioni adiacentes tam amiſſionis alicuius animalis deprehenſi, quam etiam carceris, & ſolutionis certæ pœnæ, & pecuniæ in Dominos, vel ſamulos eorum cuſtodiæ deputatos; animalia clericorum, clericos, & famulos eorum non comprehendunt. Congr.[a]

a Concil. 20. Aprilis 1610. ad Archiep. Brunduſin.

Edicta, quæ ab aliquibus emanarunt, quod animalia clericorum quæ damna intulerunt à curia laicali reperta obligent clericos ad quamdam pœnam ſoluendam, partim Curiæ Epiſcopali, & partim laicali nulla cenſetur, ac reprobatur. Sac. Congr.[b]

b Sac. Congr. 10. Iun. 1586.

Debent enim ob damna illata ab eorum animalibus coram Epiſcopo citari; & ab ipſo expectari ſententia. Sac. Congr.[c]

Sac. Cong. epiſc. Cariatenſi 28. Nouemb. 1594.

Ciuitates quæ ad certam pecuniam ſoluendam taxantur non poſſunt cogere clericos ad ſoluendum etiã demptis patrimonialibus in alijs bonis. Sac. Congr.[d]

d Sac. Cong. 25. Ianu. 1619.

Solutiones miniſtrorum laicorum quę ſunt ob collectas pro bonis emptis, ac donatis cenſentur nullæ. Sac. Congr.[e]

e Sac Cong. 20. Decemb. 1619. Vicar. Baren.

Quæcumque autem collectæ exactiones à laicis clericis imponuntur ſunt nullę, & impoſitores excommunicantur Lateranen.[f] can. 46.

f Lateran. can. 46. ſub Innoc. 3.

Clerici non contribuant ad decorem, &

ornа-

ornatum Ciuitatis, ac Patriæ extendendum, neque ſub titulo eleemoſynę. Sac. Cong. [a]

Si clericus habitum dimiſerit, ac ad ſeculum rediens fuerit à ſecularibus vexatus ad ſoluenda ea quæ ſeculares tenentur pro eo tépore quo fuerat Clericus tale mandatum ſit nullum. Sac. Cong. [b]

Onera quæ communitatibus ad ſolutionẽ onerum in vnum imponuntur, vt pro Phyſico, Chirurgo, vel ludi magiſtro attento, quod etiam Eccleſiaſtici eorum opera vtuntur ipſos, qui ad eccleſiam pertinent nullatenus ligare decreuit. Sac. Cong. [c]

Verum, ſi quando nos ſimul cum clericis tantam neceſſitatem inſpexerimus, vt pro ſubleuandis vtilitatibus; ac neceſſitatibus cómunibus, laicorum non ſuppetant facultates ipſi ex nobis prouidebimus; & ſeculares deuote, & cum gratiarũ actionibus accipient iuxta modum perſcriptum à Concil. Lateranen. [d]

Conſules, aut alij ſeculares, qui contrarium facere præſumpſerint, & moniti non ceſſauerint excommunicantur. Later.

Qui reperti fuerint minoribus inſigniti ordinibus ad hunc finem; vt impoſitiones ſubterfugerent non vt ſe Chriſto manciparent,

vnde

a Sac. Congr. Epiſc. Squillac. 21. Maij 1598.

b ſac. Congr. Epiſc. Cathac. 3. Auguſt. 1592.

c ſac. Congr. Epiſc. Pennenſ. 2. Aug. 1619.

d Concil. Later. can. 46. ſub Innoc. 3.

e lat. ſub Alex. 3. par. 1. can. 19.

vnde ad legitimam ætatem peruenientes maioribus ordinibus inſigniri recuſarunt, non poſſunt poſtea cogi ad exemptiones exoluendas, quas dum forent clerici penitus ignorarunt; neque ad ſuſceptionem maiorum ordinum. Sac. Congr. [a]

Et ſimile mandatum dederat Archiepiſcopo Neapolit. [b]

Confraternitates Corporis Chriſti, & huiuſmodi à laicis miniſtris pro Iure fidæ, quod ob alia poſſent prætendere moleſtari non debent ſac. Congr. [c]

Nullus ſecularis iudex quacumque fulgeat dignitate eccleſiaſticas perſonas ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus audeat cognoſcere, & quod peius eſt condemnare ſub anathemate. Bulla Cenæ. [d]

Quod ſi foret crimen leſę maieſtatis, nec eos laicus punire poſſet. Clemens 8. [e]

Item, ſi clericus delinquat in officio ſeculari, quia loquitur vniuerſaliter. Bulla Cœnæ.

Non poteſt iudex laicus punire clericum aſſaſſinum notorium, niſi poſt ſententiam iudicis eccleſiaſtici, neque clericum incorrigibilem. Clem. 8. [f]

Etiamſi iudex eccleſiaſticus negligeret il-

lum

a Sac. Congr. Ep ſc. Pennenſ. d e 2. Aug. 1619
b 19. Dec. 1592.
c Sac. Congr. Vicario Barenſ. 30. Iun. 1617.
d Bulla Cœna excomm. 15.
e Clem. 8. in quad. ribell. Reg. Neapol.
f Clem. 8. in bull. 18. decem. 1591.

lum punire, cap. qualiter.[a]

Non permittitur iudici laico punire laborantes in die feſto contra eorum ſtatutum, ſi epiſcopus licentiam conceſſerit cum huiuſmodi ſit merè ſpiritualis cauſa. ſac. Congr. Cardinalium.[b]

Circa exequutionem piorum legatorum epiſcopus, & nullo pacto iudex laicus ſe poteſt intromittere, cap. tua de teſtam. & ex Concil. Trid.[c]

Non poteſt concedi licentia; quod clerici examinentur tamquam teſtes coram iudice laico, quando per indirectum poſſet oriri criminalitas. ſac. Congr. epiſc. Placent.[d]

a cap. qualiter, & quando de iudicijs.

b Sac.Congr. Card.apud Megal.conſ.97. n.2.

c cap.tua de teſtam. & Trid. ſeſſ.7. cap.15.

d Sac.Congr. epiſc. Placent.19 Iul 1639.

CAPVT II.

De Immunitate Eccleſiarum.

ECcleſiæ gaudent priuilegio immunitatis Greg. 14. [a] & Trident. [b]

Quo priuilegio fit, vt Rei ad eas confugientes non poſſint à curia moleſtari. Greg. 14. [c]

Imo extrahentes ſiue violantes talem immunitatem excommunicationi latæ ſententię ſunt ſubiecti Summo Pont. reſeruatæ. ſac. Congreg. [d]

Hoc autem priuilegium non ſolum ipſi eccleſiæ annexum eſt, ſed Cœmeterijs, cap. fin. [e]

Campanili, ſiue Turri etiam diſiunctę à templo, dummodo 30 paſſus non excedat. ſac. Congr. [f]

Eodem priuilegio potiuntur oratoria ſiue confraternitates eccleſijs affixæ non tamen, ſi abſque epiſcopali auctoritate fuerint erectæ. ſac. Congr. epiſcop. [g]

Monaſteria Religioſorum, cap. ſi quis. [h]

a *Greg. 14. in bull. cum alias nonnulli.*
b *Trid. ſeſſ. 25. cap. 20.*
c *Greg. & Trid. cit.*
d *Sac. Congr. in in vna Neapol S. Felicis 1626*
e *cap. fin. de immun. eccleſ.*
f *Sac. Congr. Concil. 7. Decem. 1632.*
g *Sac. Congr. epiſc. 17. Decem. 1617. & Congr. immunit. 9. Decemb. 1631.*
h *cap ſi quis contuma x.*

Ho-

Hoſpitalia publica erecta auctoritate epiſcopi, cap. ad hæc de relig. Domib [a]
Palatia epiſcoporum.Concil Aurelian. 1. [b]
Et omnis locus, cui quomodolibet ſit præſens corpus Chriſti.
Non gaudent immunitate hęretici pro delicto hæreſis.
Homicidium, vel mutilationem committentes in eccleſia, vel cæmeterio.
Homicidæ proditores.
Aſſaſſinij.
Publici Graſſatores.
Crimen læſę maieſtatis committentes.
Agrorum de populatores. Greg. [d]
Non poteſt ſecularis iudex extrahere ab eccleſia reum non gaudentem immunitate abſque noſtra licentia practica Genuenſis. [e]
Ne autem eccleſiæ beneficentia hominis abutantur nolumus, quod debitores fraudulenti, ſi aliqui fuerint, qui per fraudem cum bonis ad eccleſiam confugiunt, ibi per multum temporis tollerentur, ſed præcipimus ipſos eijci. Sac. Congr. [f]
Prohibemus etiam Decoctis, quod res aut bona in creditorum præiudicium ad eccleſias non tranſportent. Sac. Congr [g]
In omnibus alijs caſibus obſeruentur, quæ

[a] cap. ad hæc de relig. Domib.
[b] Concil. Aurelian. 1.
[d] Greg. in bulla citata.
[e] pract. Genue.
[f] Sac Congr. in vna Baren. 12. Mar. 1600.
[g] Sac. Congr. 1. Decemb 1617.

O de

de immunitate ſunt tradita.

Nullus eccleſiaſticus audeat bannitos, aut facinoroſos vltra triduum in ſuis eccleſijs detinere, ſed ſtatim eos admoneant, vt infra dictũ terminum exeant. Sac. Congr. [a]

a Sac. Congr. Menſ. Aug. 1627

Si homo fuerit occiſus, & tumulato, iam cadauere voluerit curia ſecularis, vt pro confrontando, vt dici ſolet cum armis, vulnere necatum exhumetur, nullatenus id ipſis permittatur, nec etiam licentia dari poſſit. ſac Congr. Trid. interp. [b]

b Congr. Trid. interp. 22. Nou. 1619. Epiſcopo Callien.

QVIN-

QVINTA PARS

De funeribus Defunctorum.

INter prçcipua charitatis officia, ea quæ ad defunctorum funus attinent non immerito recenſentur, vnde in ſacris paginis plurimum Iudas commendatur Machabæus, quod duodecim millia drachmas argenti ad mortuorum expianda peccata hyeroſolymam deſtinauerit, & quoniam clericorũ munus eſt ea quæ circa exequias, ác funeralia ſpectant peragere; ideo iure poſt diſcurſum

de clericis, ac clero tractatum iſtum adneximus; vbi etiam nacta occaſione; quæ & ſeculares deuitare debent, quæue exequi, ſingula per proprias ſedes, ac hierarchias ordinando demonſtrabimus.

CAPVT I.

De exequijs, ac ſuffragijs.

CIrca exequias, ac defunctorum ſuffragia habemus ſacrarum teſtimonia ſcripturarum, eccleſiaſticus enim, inquit mortuo ne prohibeas [a] gratiam, & Tobias [b] panem tuum, & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & Iudas [c] Machabæus miſit hyeroſolimam duodecim millia dracmas argenti offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, vt dictum eſt cap. 2. Machab.

Oppoſitum fuit dementia Albigenſium, [d] Flagellantium, [e] qui huiuſmodi eſſe marſupia clericorum aſſerebant, Vuiclefictarum, [f] Piccardorum; [g] Luteri, [h] Caluini, [i] quorum primus fuit Aerius, [l] qui ſacrificia orationes, & ieiunia nil defunctis prodeſſe bla-

a Eccleſ. 7.

b Tob. 4.

c 2. Machab. 12

d Ant 4. par. tit. 11 cap. 7. §. 5.

e Lutzembur. de eorum hareſi.

f in libello per viam caritatis porrecto ad parlamentum.

Regis Riccardi 2. Concl 7.

Ioann. ſchechata epiſt. ad Eraſm.

h Luter. epiſt. ad Vualdenſ.

i lib. 3. inſtit. cap. 1. §. 6.

l Auguſt. de Hæreſ.

ſphe-

ſphemabant ita Auguſt·[m] Epiphanius[s], Damaſcenus.[o]

Eſt tamen decretata ſuffragiorum exhibitio à Clemente, & in omnibus liturgijs ordinata, ſic à Petro in Liturgia Romana à Iacobo in Hyeroſolimitana, à Marco in Alexandrina, à Barnaba, & deinde ab Ambroſio in Mediolanenſi, à Baſilio in Liturgia Siriæ, & in Liturgia Cappadociæ ab Andrea Apoſtolo, ac Chriſoſtomo in Conſtantinopolitana in Gotica, & Armenica, & in alijs.

Si enim defuncti non partici parent ex ſuffragijs, ac ſimilibus beneficia, non vtique cura fieret in exequijs. Athan.[p]

Ceremoniæ autem in exequijs adhibendæ ſunt huiuſmodi.

Primò, quod lotis corporibus defunctorum, vt de Thabita ſacra refert hiſtoria cum honore, & multitudine ad Eccleſiam deferantur Nazianz.[q]

Secundo, quod ſit pſalmodia Chriſoſt.[r]

Tertiò, quod accendantur Cerei Theod.[ſ] Athan.[t]

Quarto, quod miſſæ celebrentur. Tertull.[u]

Quintò, quod habeantur eleemoſynæ.[x] Chriſoſtom.[y]

Sexto, quod ſepultis habeatur ſacrum die

mno tractantes de Trianis Clemen. epiſtola 1. & lib 8. apoſt. conſt. cap. 41.

p quæſt. 34.

q Nazianz. orat. 2. in Iulianum.

r Chriſoſt. homil. 32 in Matt.

ſ Theodoret. lib. 5 hiſt. c. 36.

t orat de his qui dormierunt.

u de Corona militum,

x homil. 32. in Matth.

ter-

Tertia, ſeptima, & trigeſima. Ambroſ.[a]

Septimò, quod anniuerſarium celebretur Tertull.[b] & Nazianz.[c]

Hæc quaſi omnia complectitur Ephrem. dicens defuncto homine accedentes claudant illi oculos ſuper eum ſuas imponant manus, collocent ipſum circumponentes in feretro comitentur ipſum pſalmis, ac orationibus, & die 3. eius memoriam habeant.

Si aliqui in mari, vel in itinere obierint, quibus ſubueniri non poſſit memoria eorum orationibus, & oblationibus commendetur Carthag. 4.[d]

Accendantur ad ſepulcra cerea, & ſint beneficentia in egenos, ac ſacrificia Athan.[e] de his autem ſingillatim dicemus, & primũ.

a Ambroſ. de obitu Theodoſ.

b lib. de Monog.

c oratione in Ceſarium fratrem.

d Carthag. 4. cap. 79.

e Athan. orat. de his qui dormierunt.

CAPVT II.

De proceſſionibus, ac pſalmodia.

1 DEfunctorum cadauera ſub vna deferantur Cruce illius ſcilicet Eccleſiæ ad quam corpus transfertur. congr. Rit. [a]

Niſi tamen interueniret capitulum eccleſię cathedralis tunc enim Crux capituli præcederet, & omnes illam ſequerentur. congr. Rit. [b]

2 In funeribus infantium Crux abſque haſta deferatur illam tamen ferens ſit ſuperpelliceis indutus, quod multo magis de parocho dicendum eſt. congr. [c]

3 Parochi ſæculares poſſunt deferre ſtolam, nedum in propria parochia verum etiã in parochia regularium, dum defuncti corpus in eorum eccleſia ſeppelitur; & etiam parochi regulares in caſu, quo defunctus ſuæ parochiæ efferretur ad eccleſiam parochi ſæcularis poſſunt cum ſtola parochiã ſæcularem intrare. congr. Rit. [d]

4 Ius vocandi ſacerdotes pro funere aſſociando ad parochum ſpectat, & vocare po-

teſt

a Cong. Rit. in vna meſſanen. 12. Feb. 1633.

b Cngr. Rit. in vna Andrien. 22. Nou. 1631.

c Congr. Epiſc. Gallep. 21. Mart. 1583.

d Congr Rit. die vlt. ſeptem. 1628.

teſt quos voluerit, nec cogitur vocare viciniores niſi hæredes defuncti aliter diſponerent. congr. Rit. [a]

5 Si autem hæredes ex ſe numerum ſacerdotum vellent præſcribere, & iſtos, & non alios vocare etiam in conſultò parocho illis licitum eſt nullo ſuffragante prætextu. congr. Epiſcop. [b]

6 Tunc vero parochus illos non autem alios tenetur vocare. congr. Rit. [c]

7 Si ex teſtamento decretum fuerit ſolos regulares ad funus vocandos fore non debet intelligi parochus exluſus. ſac. congr. [d]

8 Clerici, qui ad huiuſmodi proceſſiones vocantur bini, ac bini incedant cum ſuperpelliceis, pſalmos canentes abſentes vero nolumus, quod impoſterum poſſint eleemoſynas prætendere, quod etiam de illis dicimus qui ſine ſuperpelliceis incedunt.

9 Quando religioſi ad funus aſſociandũ ſunt inuitati prius ad parochialem eccleſiam accedere teneantur non ad domum defuncti, vel per viam expectent. congr. Epiſc. [e]

20 Neque enim decet, quod regulares expectent extra ianuam eccleſiæ alijs poſtea ſe aſſociaturi. congr. Epiſc. [f]

11 Cum igitur regulares ad parochialem

acceſ-

a congr. Rit. in vna Ferrarienſ

b congr. Epiſc. Caſſan. 5. Maij. 1617.

c congr. Rit. in vna lauden. 20. Aug. 1601.

d ſac. congr. epi-pſc montis peloſi anno 1581.

e congr. Epiſc. Senogall. 26. Augiſti 1616.

f congr. epiſc. in Sigleuanen. 13. Nou. 1600.

acceſſerint eccleſiam exinde cum parocho ad domum ex qua cadauerit extrahendum ſe cumferent; quod ſi cadauer in aliquid eccleſia deponi contingat ad eandem eccleſiam vbi depoſitum erit debent conuenire. ſacra congr.[a]

12 Non poſſunt ſeculares presbyteri ſiue etiam regulares extrahere cadauera parocho inconſulto. congr. Rit.[b]

Etiamſi foret capitulum cathedralis eccleſię. ſac. congr.[c]

13 Quod ſi parochis recuſaret [illegible] venire licite poterit eo requiſito, & expectato ad eccleſiã nõ parochialẽ defunctus aſportari ſac. congr.[d] & hoc etiam ſi petitam licentiam parochus denegaret. cong. Rit.[e]

14 Quando deferuntur ad regularium eccleſias corpora defunctorum, officia cantus, & quæcumque in his miniſterijs ſunt adhibenda, non à canonicis, neque [illegible] clero, ſed ab ipſis regularibus peragantur [illegible] congr. Rit.[f]

15 Parochi tamen erit ordinare, quidquid neceſſum fuerit vſque ad valuas eccleſiæ regularium. ſac. cong.[g]

16 Vnde poterit viam ſtatuere per quam deferatur defunctus. ſac. cong.[h]

a ſac. congr. ep. ſc. gullien. 26. Auguſt. 1616.

b congr. Ri. in Theleſina 18. Aug. 1629.

c ſac. congr. in Andrien, 29. Nouemb. 1631.

d ſac. congr. 11. Decemb. 1615.

e congr. Rit. in Capuana 22. Decemb. 1629.

f ſac congr. ep. in Nicotenen. 5. Iul. 1615 & congr. Rit. 5. Iul. 1531.

g ſac congr. ep. Caſtellaneta 8. Ian. 1594.

h vt ſup.

17 Confraternitates non poſſunt accedere ad funera defunctorum, niſi ſpecialiter vocentur, congr. Rit. [a]

Et quando accedunt non erigant Crucem eadem, congr. [b]

18 Si quis moriatur in die paſchatis corpus illius reſeruetur in ſequentem diem ob reuerentiam paſchæ Paulus V. [c]

19 Mortuo Epiſcopo nuncietur omnibus eccleſijs, ac monaſterijs illius Diœceſis, vt pro illo fiat oratio, Nicæn. [d]

Antiquis temporibus defuncti Epiſcopi funus peruiciniorem epiſcopum honorifice cælebrabatur, concil. Valent. [e]

Et quoniam in hac prouincia portentoſa ingratitudine in aliquibus Diœceſibus contendunt clerici epiſcopo defuncto cultum ſine lucro exequiarum impendere.

20 Ordinamus ſub pœna excommunicationis latæ ſententię, vt defuncto epiſcopo omnes conueniant, ac etiam qui de terris propinquis clerici fuerint, & abſque vllo intereſſe etiam oblato exequias paſtori dignas eſoluant, & capitulum ad hoc non charitatis, ſed debitę officium iuſtitiæ inuigilabit.

Nam, & expenſas expoſcere, vt factum eſt olim etiam vicinioribus Epiſcopis, qui conueni-

a congr. Rit. Bononien. 10. Decemb. 1617.
b in Andrien. 21 Decemb. 1631.
c Paulus V. in Rit.
d Nicæn. can. 65 arabico.
e conc. Valent. cap. 1.

uenire debebant ſuit denegatum per concil. Aurel. [a]

21 Mortuo igitur Epiſcopo offeratur in eius commendatione ſacrificium Deo, concil. Valentin. [b]

22 Sepelliatur cum mitra, tunicella, dalmatica, caſula, & annulo, nam diligentiſſime ſepelîri epiſcopum poſt oblatum pro eo ſacrificium præcepit Valent. conc. [c]

Et hoc ſub pœna ſuſpenſionis reſpectu Archidiaconi, ſi in cathedrali ciuitate deceſſerit epiſcopus, vel Archipresbyteri, aut curati illius terrę, in qua epiſcopus obierit.

23 Presbyteri alijs conpresbyteris defunctis gratis ſoluant funera, quicumq; vero fuerit inuentus in hoc ſæpè deliquiſſe. ſaxit Deus nefiat illi, quando morietur ſicut & cæteris fecit.

24. Exponantur ſacerdotes cum caſula, & honore debito dignitati ſacerdotali.

a concil. Aurel. 2, can. 6.

b Valentin. c. 4.

c vt ſup.

CAPVT III.

De planctu.

MOs fuit Antiquorum funus ſuorum lacrymis comitari, ſed varius apud nationes diuerſas vſus inualuit, ita quod naturæ debitum in ritum pertranſierit; vnde apud Iudæos luctus per menſem protendebatur,[a] Lacedemonibus[b] vndecim licurgus prȩſcripſit dies; Romani decimo menſe luctum maximum per annum deflendos maiores iudicabāt; minores per menſem maritos decem menſibus, & octo cognatos; ita Paulus I. C. refert.

a Deut. 21.
b Licurgus in l.
Paulus I. C. l. 1. ſent. t. t. vlt.

Noſtrȩ autem Diœceſis mulieres plorant ad immenſitatem contra Apoſtoli præſcriptum, ſuper defunctum modicum plora; hos igitur continuos fletus cum aſſociatione mulierum quas repetitrices vocant omnino deteſtamur,

Et quoniam mulieres in eccleſijs cantiones, ſeu vt vulgodorum reputa vlulando canunt, ita vt eccleſia lacrymoſis concuſſa ſtrepitibus illarum conclamet infidelitatem

futu-

ſuturam mortuorum reſurrectionem negantes; ideò præcipimus Vicarijs foraneis, vt arceant iſtas incredulas mulierculas, & pœnam ab alijs ſynodis inflictam exigant, ac in ſubſidium excommunicationem illis comminentur, cum dicat Apoſtolus, de dormientibus non contriſtemini ſicut, & cœteri, qui ſpem non habent Apoſtolus; eandem pœnã iniungimus mulieribus quæ completo menſe luctus cauſa miſſam non audiunt: nam & ſi debitum naturæ compatimur non tamen permittendum eſt, quod tranſeat hoc debitum in ritum paganorum.

CAPVT IV.

De Cereis, ac eleemoſynis.

ORdinamus primò, quod quando deſertur ad regularium eccleſias defunctus quarta funeralis detur parocho, ſac. congr. [a]

a 8. Ian. 1584.
b ſeſſ. 25. de reform.

E hoc iuxta modum quem vult Concil. [b] Trid.

Secundò, ſtatuimus quod in caſu quo defunctus aſportaretur ad eccleſiam cum cereis, ac ſolito funere, die autem ſequenti ſolemniori pompa adhibito religioſorum, & presbyterorum numero in alia eccleſia miſſa cantaretur, & diſtribuerentur in maiori parte cerei, quam die pręcedenti debeatur, & ex illis ſua quarta parocho ſicut die præcedenti habuerat, congr. epiſc. [c]

c Congr. epiſc. 3. Aug. 1621.

Tertiò, non loquimur autem de candelis, quas præsbyteri, vel regulares habent præ manibus canendo funus, Benedictus 11. [d]

d Bened 11. conſtitut. Prad. pag. 72:

Quartò, cærei ſęcularium confraternitatū aſſociantium funera non ſunt numerandi cū illis quorum quarta funeralis parocho debetur, congr. epiſc. [e]

e Congr epiſc. die 5. Martij 1616.

Idem

Quinto, idem ſentimus de intortitijs, quæ deferuntur à locis pijs ad aſſociandum pauperes ad ſepulcrum, congr: epiſc. [a]

Seſta, quarta autem de cereis, & intortitijs ita intelligitur, quod media horum pars ſit æquali modo diuidenda inter parochum, & eccleſiam non parochialem, quin & omnia quæ circa cadauer ſunt ante quã terræ mandetur diuidi æquali portione debent ſic approbauit Vrbanus VIII. Romę decreto præfectorum Vrbis coram Eminentiſs. Vicario, & præcepit Innoc. X. in cauſa vertente inter fratres minores de Aracæli nuncupatos, & Parochum ſæcularem habita Congr. trium Eminentiſs. Card. ſuper hoc negotio ſpecialiter deputatorum. [b]

Septimò, debetur quarta etiam de illis quę dantur promiſſis dicendis, Gloſ. [c] & de omnibus legatis factis eccleſię in qua eligitur ſepultura, cap. 1. & 2. de ſepul. niſi tamen locus eſſet exemptus.

Non tamen ſi fierent pro ſabrica, ornamentis cereis luminaribus, anniuerſario poſt ſextum diem.

a Congr. epiſc. 29. Nouem. 1588

b Congr. Eminentiſſimorum Franciotto, Cechino, Cherubino

c Gloſſ. verb funeral. b. in Clem. dud.

CAPVT V.

De Miſsis, ac Anniuerſarijs.

SAcrum miſſæ ſacrificium, quod nobis viuentibus prodeſt ipſis defunctis plurimum iuuare compertum eſt vnde omnium nationū concilia pro mortuorum expiandis peccatis ſacrificium deſtinauit decreuerunt.

Ita pro Africa Carth. [a]

Pro Hiſpania Bracaren. [b]

Pro Gallia Gabilonen. [c]

Pro Germania Vormacen. [d]

Pro Italia Concilium ſextum. [e]

Pro Græcia, [f] cap. 69. græcarum ſynod.

Et pro omnibus, Trid. [g]

Cuius Tridentini Concilij iuſſis obtemperatis noſtra ſynodus fideles admiſſas pro defunctis per ſoluendas hortatur, ac præcipit.

1 Miſſę pro defunctis die Dominico, & feſtis pręſente cadauere poſſunt cęlebrari. Congreg. Rit. [h]

Non vero in die Paſchatis Paulus V. [i]

a Cart. 3. cap, 2. 4. & 79.
b Brac. 1. cap. 34
c Cabil. cap. Viſum eſt de conſecr. diſt. 1.
d Vormac. c. 10.
e Concil ſub ſimmacho apud Martinum Bracaren. epiſcop.
f cap. 69. Græc. ſynod.
g Trid. ſeſſ. 22. cap. 3.

h congr. Rituum 23 Maij 1603.
i Paulus V. in rituali.

Tol-

2 Tollerari tamen poſſunt miſſæ de requiem in feſto duplici; dummodo non ſit de præcepto pro implenda voluntate teſtatorum congr. Rit. [a]

a Congr. Rituū 1607.

3 Defuncto Epiſcopo omnes ſacerdotes miſſam pro illo cęlebrent; & ſingulis annis pro Epiſcopo vltimo loco defuncto à capitulo celebretur die autē 3. Menſis Nouembr. cuiuslibet anni pro animabus epiſcoporum Vinbriaticenſium defunctorum, & ſequenti non impedita die Nouembris pro animabus clericorum defunctorum noſtræ Diœceſis.

4 Nullus eleemoſynas miſſarum ſupra vires ſuſcipiat, nec plura ſtipendia pro eadem miſſa ſuſcipiantur, ſed tot celebrentur miſſę, quot ad rationem pręſcriptę eleemoſynę tributę fuerint. Bulla de celebrat. [a]

a Bulla de celebrat. miſſarum Vrbani 8.

5 Hanc autem pręſcriptionē intelligendam eſſe volumus de illa quam fecit qui eleemoſynam tribuit niſi numerum celebrandarum miſſarum ſubticuiſſet, tunc enim pręſcriptioni, quam fecit ordinarius ſtandum eſt iuxta morem ciuitatis, vel Prouincię declarauit. ſac. cong. Conc. [b]

b ſac. congr. concilij.

6 Nouerint autem ſacerdotes, quod ſi facta pręſcriptione ab ordinario ipſi acceperint ſtipendium minus congruo teneri ad il-

larum miſſarum celebrationem. ſac congr.[a]

a cong. concil.

7 Sacerdotes, qui tenentur ad miſſas celebrandas ratione beneficij ſiue cappellanię legati, aut ſalarij non poſſunt accipere manualem eleemoſynam pro miſſis, & vnico miſſę ſacrificio vtrique operi ſatisfacere. ſac. congreg.[b]

b congr concilij.

8 Si teſtator reliquerit, vt pro ipſo cęlebrentur centum miſſę abſque prę ſcriptione aliqua eleemoſynę non erit liberum hęredibus eleemoſynam prę ſcribere, ſed nobis iuxta morem Ciuitatis, ac Diocœſis, ſac. congr.[c]

c congr. concil.

9 Sciant cuncti noſtrę Diocœſis quod ſi quę fortaſſe extiterint priuilegia, quibus indulgetur certarum miſſarum cęlebratio ſiue aliquibus collectis, aut orationibus pluribus miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatis fiat ſunt modo reuocata ab Vrbano in bulla cęlebratione.[d]

d Bulla Vrbani.

10 Lij tamen in futurum ſuſcipiendis de oneribus ſuſcipiendis poſt priuilegium intelligit. ſac. congr.[e]

e Congr. concil. in exple. bull. d.

11 Sacerdos, qui miſſam ſuſceperit celebrandam non poteſt parte eiuſdem eleemoſynę ſibi retenta eandem miſſam alteri celebrandam committere bulla.[f]

f Vrbanus in bul. cit.

12 Quo fit, vt miniſtri eccleſiarum

ex

ex eleemoſynis miſſarum nullam, vt cumque minimam portionem poſſunt retinere ratione expenſarum puta vſu hoſtiæ paramentorũ, &c. quæ in miſſa ſunt neceſſaria, niſi tamen ab Eccleſijs, aut locis ipſis alios redditus non haberent, & tunc portio,quam retinent non excedat valorem expenſarum, quæ pro ipſo met tantum ſacrificio ſunt ſubeundæ, & ex pecunijs, quæ ſuperfluunt tot celebrentur miſſæ, quot præſcriptę fuerint ab offerentibus eleemoſynarum, cong. concil.[a]

13 Excipiuntur Rectores beneficiorum illi enim alijs miſſas quas celebrare debent ſi ratione beneficij committant, ſolum dare debent eleemoſynam celebranti congruam ſecundum morem ciuitatis niſi in fundatione beneficij aliter cautum fuerit. ſac. cong.[b]

14 Secus autem, quando ſacerdos habeat eleemoſynas pinguiorem taxa præſcripta, vt miſſas celebret, ſi enim alteri dictas miſſas commiſerit cęlebrandas integram debet illi eleemoſynam donare, ſac. congr.[c]

Nullus ſub interdicti pœna eleemosynas manuales etiam ſponte oblatas pro miſſis dicendis ſuſcipiat, niſi oneribus antea impoſitis ſatis fecerit Vrbanus in Bulla.[d]

Hęc tamen ita ſunt intelligenda niſi infra

a *Congr. vt ſup.*

b *Congr. vt ſup.*

c *Congr. vt ſup.*

d *Vrbanus 8. in bulla cit.*

modicum tempus poſſet ſacerdos ſuſceptis oneribus ſatisfacere, vel ſi offerens eleemoſynas, ita ſibi complacuerit, quod prius oneribus contractis ſatisfaciat, ſac. congr. ita declarauit.[a]

a congr. cit.

Tollantur ab eccleſijs ita miſſarum ponderibus prægrauatis capſulę cum inſcriptione eleemoſynæ pro miſſis. Vrban.[b]

b Vrban. in bull.

18 Et etiam amoueantur capſulę, quę ſolent in eccleſijs in die cōmemorationis defunctorum apponi, quę à vulgo dicuntur, caſſe de morti. ſac. cong.[c]

c congr. concil. cit.

Ad miniſtratores eccleſiarum, quę ſunt in plurima deuotione, ac concurſu non poſſunt eleemoſynas pro cęlebrandis miſſis accipere, quibus nonniſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant etiam ſi cultus deuotio, ac concurſus minueretur niſi illi, qui eleemoſynas tribuunt fuerint in aſſenſu, ſac. congreg. Concilij.[d]

d vt ſup.

20 Non poteſt ſacerdos ſacrificium offerre pro eo, qui primo eſt eleemoſynam largiturus, ſac. congr. ex mandato Clementis Octaui.[e]

e ſac. congr. die 15. Nouembris 1605.

21 Cappellanus obligatus ad dicendam miſſam in altari priuilegiato, & de requiem non poteſt in alio altari, vel aliam miſſam

cęle-

cælebrare alias indultum ipſi non ſuffragatur, Sac. Congr. Rituum in vna Tolet. 13. Iulij 1611. [a]

a Congr. Rit. 13 Iulij 1611.

22 Si autem in die altari priuilegiato aſſignata incidat feſtum de præcepto ibi miſſa de Requiem dici non poterit Congreg. Rituum. [b]

b 24. Apr. 1626

23 Nullus miſſam celebrare audeat illiuſque valorem applicare his qui poſteà miſſæ celebrationem ſunt poſtulaturi, ac pro ea eleemoſynam ſunt largituri, qui ſcilicet antequã miſſæ ſacrificium perageretur, neque à ſacerdote tale ſacrificium rogarunt, neque illi hac de cauſa eleemoſynam præſtiterunt, Clem. 8. [c]

c Clemens 8. in Cong. Concil. Trid. Romæ die 15. Nouemb. 1605.

24 Miſſæ defunctorum certa die dicendæ & impedita trasferuntur in ſequentem. Congreg. Rituum. [d]

d die 27. Septem. 1608.

25 Caueant Canonici, quod ob miſſam pro defunctis, vel etiam ob votiuam non poſſunt conuentualem miſſam omittere, ſac. congr. Rit. [e]

e 12 Iul. 1628.

26 In altari certis diebus priuilegiato non poteſt cælebrari miſſa de requiem in feſto duplici de pręcepto, congr. Rit. [f]

f 24. Apr. 1628

27 In diebus quibus prohibetur fieri de feſto duplici non poſſunt dici Miſſæ de Re-

quiem, aut votiuæ, ſcilicet intra octauam Ephip. Paſchatis, Penteſt. in hebdòm. maiori, feria 4. Cinerum, in Vigilijs Natiuitatis Domini, ac Penteſt. Cong. Rit. [a]

28 Poteſt cælebrari miſſa pro defunctis in Dominicis,& in Eccleſia præſente corpore. congr. Rit. [b]

29 Tollerari poſſunt miſſæ de Requiem in feſto dupplici, quod non eſt de præcepto pro voluntate teſtatorum implenda, Congr. Rituum. [c]

30 Quarta funeralis parocho debita intelligitur etiam de his quæ dantur pro miſſis dicendis. Gloſa. [d]

Exceptis Eccleſijs habentibus priuilegia, vt ſupra.

a 28. Aug. 1627

b 23. Maij. 1603

c 1. Septembris 607.

d Gloſa verbo funeralibus in d Clem. dudum, §. verum.

CAPVT VI.

De ſepulturis.

DEfunctorum cadauera certis locis eſſe tumulanda, & honorificè ſepelienda ad oſtendendam prouidentiam Dei, cui placent huiuſmodi pietatis officia, & ad fidem reſurrectionis aſtruendam docuit Auguſtinus.[a]

Vnde in ſacris paginis Dauid[b] Galaaditas, qui Saul, & Ionatam ſepulturæ tradiderunt commendauit; Tobias[c] ob idem celebratur ab Angelo, & laudatur Iudas[d] Machabæus, quod interfectos in prælio ſepelierit, quin ipſe Dominus die tertio reſurrecturus religioſæ mulieris bonũ opus prædicat prædicandumque commendat, quod vnguentum pretioſum ſuper eius membra effuderit, & hoc ad eum ſepeliendum fecerit. Aug.[e]

a *in Ench. cap. 108.*
b *1. Reg. 31.*
c *Tob. 12.*
d *2. Machab. 12*
e *Aug. loc. cit.*

1 Ergo ordinam⁹ quod nullũ cadauer ſepeliatur niſi poſt viginti horas inhumatũ fuerit, & ſi mors fuerit repentina 24. horis, & ſub humo nõ ſuperius corpus cõdatur, vt in terrã de qua

ſump-

ſumpti ſumus, nouerimus reuerti. Pius Quintus.[a]

a Conſtit. cum primum 1569.

2 Nullus ſepeliatur prope altare, vel ſub bradellis. Congr. Epiſc.[b]

b Congr. epiſc. in vna Termulan. 8. Feb. 1594.

3 Quia nonnulli ſunt, qui nedũ marcidatis mortuorum oſſibus ſepulcra reſecare, & mortuos ſuos ſuper imponere, & aliorum loca vſurpare contendunt; ideò ſtatuimus, vt nemo deinceps hoc peragat, quod ſi factum fuerit ſuper impoſita de eiſdem tumulis auferantur. Maſiſcon. 2.[c]

c Maſiſcon. 2. can. 17.

4 Os ſepulcrale, ita claudatur, quod in eccleſia fętor, vnde ab oratione fideles remoueã tur procul ſit. Contrarium faciens, pænam noſtro infligendam arbitrio ſe nouerit incurriſſe.

5 Sepultura non gaudent hæretici, & excõmunicati, & excommunicãtur huiuſmodi ſepelientes. Clem. 5. de ſepul.

Clem. 5. de ſepult.

6 Cæterùm, ſi excõmunicatus in articulo mortis ſigna pœnitentiæ dediſſet poſſet ſepeliri. Congr. Epiſc.[d]

d Congr. Epiſc. in vna Nolana 19. Iun. 1619.

7 In publico peccato mortali decedẽtes, vt meretrices, concubinarij, vſurarij, &c. cap quando de vſur.[e]

e cap. quando de vſur.

Hæbrei, Pagani.[f]

f de conſecr. d 1.

Homicidæ ſui, ac mortui in torniamen-

tis,

tis, cap. 1. extra de torniamentis. [a]
Mortui in duello, Clem. 8. [b]
Monaci proprietarij, cap. ſuper quodam. [c]
Interdicti, cap. ſi Ciuit. [d]
Publici blaſphematores, cap. 11. de maledictis. [e]
Manifeſti raptores niſi reſtituerint, cap ſuper eo de raptor. [f]
Qui non communicarunt in Paſchat. cap. omnes vtriuſque ſextus, [g]
Et huiuſmodi, qui numerari ſolent in ſacris canonibus Eccleſiaſtica carent ſepultura.

8 Si quis clericus, vel religioſus perſuadeant alicui vouere, aut promittere, quod quis apud ſuam tumuletur Eccleſiam, vel ſepulturam mutet peccat mortaliter, & eſt excommunicatus, [h] Bonif. 8.

9 Impuberes ſepeliantur in ſepulcro maiorum, ſi illud habeant. Sac. Congr. [i]

10 Vxor ſepulturam non eligens in ſepulcro viri ſepeliatur, & ſi plures viros habuerit in ſepulcro vltimi, capitulo his qui

11 Cœterùm habeatur ſemper ratio ſuis Parochis debita.

12 Prælati eccleſiarum habent ius ſepulchri in eccleſia cui pręſunt, quidquid in-

a cap. 1. extra de torniamentis.
b Clem 8. in ...ul.
c cap. ſuper quodam de ſtatu monacorum.
d cap. ſi Ciuit. de ſententia excom
e cap. 11. de maledictis.
f cap ſuper eo de raptor.
g cap. omnes vtriuſq. ſexus.
h Bonifac. apud ſumiclas verb. ſepelire.
i ſac. Cong. in vna Auſculan. 21 Octob. 1616.
l 2. cap. his qui ſ. mulier. de ſepult. in 6.

grata aliquorum auaritia contendat, cap. cum quis.[a]

a cap. cum quis.

12 In eccleſia igitur cathedrali habeatur ſepulcrum cum inſcriptione, ſepulcrum Epiſcoporum, & quia mos eſt, vt omnes Antiſtites in terra ciro commorentur, cura ſit ad quem ſpectat ante altare maius ſepulcrum epiſcoporum cum inſcriptione ſternere.

13 Idem in omnibus terris habeatur pro clero.

Peregrini ſepeliantur in cathedrali, ſi moriantur per viam. Congr. Epiſc.[b]

b Cong. epiſc. 9. Iun. 1592

Paupercs verè tales abſq; expenſis, ſed gratis tumulentur.

Prohibemus autem, quod mortuis negetur ſepultura maximè forenſibus, quod prius fiant pacta iniqua, & relinquantur putreſcere, niſi prius ſint pro ipſis ſolutę pecunię, ſed volumus quod caritatiuè ſepeliantur. ſac. cong Noſtrũ poſtea erit, vel vicarij quãdo noluerint ſoluere ad quos attinet, ſolutionem̃ procurare

c Congr. in vna Caſſanen. 5. Maij 1617.

16 Non retardetur ſepultura ſub quouis pretextu compoſitionis quartæ funeralis, Congr.[d] vt ſup.

d Cong. vt ſup.

17 Nõ audeant extrahere cadauera interfectorum è ſepulcris, vt pilas archibuſorum,

vel

vel huiuſmodi poſſit curia conformare, nec Vicarius poterit dare licentiam, cum à foro Eccleſiaſtico non poſſint laici ſumere in cauſis criminalibus inditia. ſac. congr. [a]

a ſac. Congr. Epiſc. Callien. 22. Nov. 1619.

Omnium autem defunctorum nomina parochi in libro quem apud ſe habeant reſcribant, nec vlli tradere audeant.

SEXTA PARS

De Sacramentis.

HAnc ſextam ſedem Sacramentorum ſibi vindicat diſcurſus, cum enim docente Philoſopho ea quæ ſunt nobiliora poſteriorem locum habeant eſto ordine intentionis prima ſint, ſacramentaque nobilitate cœtera excellunt vltimo loco tradenda erant, qua propter de ſacramentis hic agendum eſt & primo loco.

CAPVT I.

De Sacramento Baptiſmi:

BAptiſmum ad ſalutem neceſſarium eſſe Fides Catholica docet illis verbis niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnũ Dei.[a] Ioh. Trid.[b]

Oppoſitum olim fuit delirium Manicheorum refert Auguſt.[c]

Et poſtea Luteri, Buceri, ac Albigenſ.[d]

Per hoc Sacramentum Regnum Cœlorũ nobis panditur, & peccatum originale deletur, quod vltimum negauit Pelagius contra id quod Symbolum[e] tradidit, Confiteor vnum Baptiſma iu remiſſionem peccatorum cius materia eſt aqua elementaris ex verbis allatis Ioh. 3.[f] & Florent.[g]

Quæ verba non ſunt metaphoricè ſumenda, ſed rigoroſe. Trid.[h]

Lutum, ac vinum limphatum, aqua roſacea, & quæcumque per Alchimiam, vel

a *Ioh. 3. cap.*
b *ſ. ſſ. 7. can. 5.*
c *Aug. hæreſ. 46.*
d *Alphonſus de caſtro de hæreſ.*
e *Symb. Apoſt.*
f *Ioh. 3.*
g *Florent in Decreto Eugen.*
h *Trid can. 2. de baptiſ.*

artem reſoluuntur in aquam, quin etiam ceruiſia, ſiue expomis, ſiue exordeo exprimatur non ſunt materia Baptiſmi. S. Thom. [a]

a Tho. 3 par. q. 65. art. 4.

Bene tamen poſſunt eſſe materia huius Sacramenti aqua calefacta à ſole, vel ab igne, aqua turbida fluminis, aqua maris, & aliæ in quibus non eſt tanta tranſmutatio quod aquæ ſpecies perdatur, S. Th. [b]

b Tho. q. 66. cit.

Aqua baptiſmi, eſto non ſit de eſſentia Sacramenti, quod ſit benedicta, tamen debet eſſe benedicta. Concil. Moguntinum, & Clemens. [c]

c Concil. Mog. cap. 39. Clem. lib. 7. conſt. apoſt. cap. 44.

Forma baptiſmi hæc eſt ego te baptizzo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Marc. vlt. [d]

d Marc. vlt.

Noſtri vero Græci hanc formam habent baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Conc. Florent. [e]

e Concil. à Florent. in decr. vnionis.

Si quis autem ex tribus perſonis aliquam in baptiſmo taceret baptiſmum non conficeret. Zachar. PP. [f]

f Zachar. PP. ex cap. in ſynod. de conſecr. diſt. 4

Vnde nullus foret baptiſmus datus in nomine Chriſti, quod enim Apoſtoli, ita ſuo tempore baptizarent erat ex ſpeciali reuelatione, vt nomen Chriſti, quod odioſum erat gentilibus, ac Iudæis honorabile redderetur. [g] D. Thom.

g Thom. q. 66. 3. p. art. 60. ad primum.

Et

Et quia hæc cauſa modo ceſſauit non eſſet baptiſmus validus hoc tempore. Idem Sanctus Th. [a]

Nec illum approbat, aut ſentire videtur Nicolaus Papa, ſed ſi hoc aſſerat, vt Doctor particularis hoc dicit..

Requiritur ad Sacramentum intentio miniſtri, qua ceſſante nullum extat Sacramentũ, Trid. [b]

Sacramẽta tribus perficiuntur ſcilicet materia, forma, & miniſtro, Concil. Florent. [c]

Miniſter huius Sacramenti eſt ſacerdos ex officio, in cauſa tamen neceſſitatis, nedum Diaconus, ſed laicus; imò, & mulier, quin & Paganus, & hæreticus poſſunt baptizare, dummodo ſeruent formam Eccleſiæ, & id facere intendant, quod facit Eccleſia. Florent. [d] & Later.

Nam Ananias, nec presbyter erat, nec Diaconus, & Paulum baptizauit. Act. 9. [e]

Præſente viro non baptizet femina, niſi ille neſciret formam, poterit tamen illo abſente baptizare.

Et oppoſitum quoad obſtetrices fuit error Caluini. [f]

Nec quod miniſter ſit malus obſtat, contra Donatiſtas, & Ioan: hus. Trid. [g]

a Idē in 4. diſt 3. q. 1. ar. 2. queſt 2. ad tert. um.

b Trid. ſeſſ. 7. de ſacram. in communi.

c Concil. Floren. in decret. vnion.

d Florent. in lit. vnion. lat. c. 1.

e Act. 9.

f Caluin. epiſt. 51.

g Trid. ſeſſ. 7. de Sacram in gen. can. 12.

Baptiſmus in Eccleſijs dari debet, niſi neceſſitas emerſerit; vnde aliter non poſſit fieri, Clem. V. [a]

Debent baptizandi habere patrinos, quidquid contradicant Magdeburgenſes. [b]

Qui debet eſſe, vel vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum ſint vnus, & vna, & non plures propter cognationem ſpiritualem ne multos afficiat. Trid. [c]

Quando procuratores ad baptiſmum tenent, procuratores non contrahunt .. congr. Conc. [d]

Patrini debent ſcire Pater noſter, & Symbolum fidei, adminus alias huius muneris ſunt incapaces Concil. 6. Conſtantinop. [e]

Debent enim quos de fonte ſuſcipiunt erudire cum pro illis fideiuſſores exiſtant Aurel. [f] & Mogunt. [g]

Non licet Abbati filios de baptiſmo habere, nec monachis Commatres, conc. Antiſiodoren. [h] neque patri, & matri, can. peruenit.

Renuntiet baptizandus Satanæ. Clem. 1. [i] Greg. Mag. [l] Innoc. 3. [m]

Etiam Infantes contra Volfangum, [n] muſculum, &c. Requiritur, quod fidem cõfiteatur contra Bezam, ſic antea decreuerat. Clemens, [o]

a Clem. V. de baptiſ. & eius effectu.
b Centuria 7. lib. 2. cap. 6.
c Trid. ſeſſ. 24. can. 2.
d Cong. Conc. in vna Tiburt. 16. Mar. 1630.
e Cōſtan. 6: ca 5
f Aurel. 4: cap. 19.
g Mogunt. c. 47.
h Antiſiod. c. 2 (.
i Clem. lib. 7. Apoſtolic. conſtit. cap 42.
l Greg. l b. Sacr. ad faciend. cathecum.
m Innoc. 3. ſer. in paras.
n in locis comm. de baptiſ.
o Conſt. Apl. c 42.

Sa-

Sacerdos in ipſum debet inſufflare Dionyſius Arepagita.[a]

Nec non, & ipſum exorcizare, quidquid Caluinus,[b] & Beza contradicant. Conſtantinopol. I.[c]

Sal ponere in ore Papa[d] Deus dedit epiſtola ad Gordianum Epiſc. Hiſpalenſem. Carth. 3. cap. 5.[e]

Tangere cum ſputo nares contra Caluinum dicentem de hoc ritu nullum conſtare doctorem cum hoc tradiderint. Greg. Mag.[f] Ambroſ.[g] & Thom.[h]

Tradere illi cereum accenſum, vt de igne ab aqua ex aqua ad refrigerium perueniat. Auguſtin.[i]

Et trina immenſione ipſum mundare in eunomianorum deteſtationem. Conſtant. Primum.[l]

Siue per modum Crucis trina effuſione caput abſtergere ſecundum ritum in Diœceſi approbatum.

Et veſte candida decorare contra Bezã, vt iam ante decreuerat, Greg. Mag.[m]

Non ſolum adulti, ſed etiam infantes ſunt baptizandi contra monetarium, & Caluinum Auguſtinus contra Donatiſtas, Carth. Quintum. Trid.[n]

a Dion. Eccl. hie. cap. 2.

b Caluin. ad c. 22. aſt.

c Beza epiſt. 8.

d Conſtantinop. 1. cap. 7.

e Deus dedit epiſt. ad Gordianum. Carth. 3. c. 5.

f Caluin. refor. Eccleſ.

g Greg. Mag. lib. ſacram. ad catechizan infan

h Ambroſ. lib. 3. de ſacram.

i Thom. 3 p. q. 71 ar. 2.

m Auguſt. in pſal. 65.

l Conſtantinop. cap. 7.

m Greg. Mag. lib. ſacr.

n Auguſt. contra Donatiſtas lib. 4 cap. 23. Carth. 5. 5. cap. 6 Trid de bap can. 13.

Quos ante nonum diem infallibiliter baptizabunt ſynod. Panormitana, [a] & hoc ſub excommunicatione.

a ſynod. Panormit p.2. cap.1.

In caſu neceſſitatis vrgente, ſi non adſit niſi obſtetrix hęc poteſt baptizare ſuppleantur tamen poſtea ſolemnitates in priuato baptiſmo relictę cap. 2. [b]

b cap.2 de ſacramen. non iteran.

Vicarijs Foraneis in virtute ſanctæ obedientię ſub formali pręcepto mandamus, vt ſingulas obſtetrices ante ſe ſiſtant, & explorēt ab eis formā baptiſmi, quam ſcire tenentur ſuo idiomate naturali ita tradit, D. Anton. [c]

c Antoninus p.3 cap.15.§.4.

Quilibet in ſua cui ſubeſt eccleſia eſt baptizandus, neque enim presbyteri, aut Canonici poterunt infantes baptizare abſque licentia ſui parochi, vel ordinarij, & ſine præiudicio iurium, & emolumentorum parochi, congr. Rit. [d]

d Congr. Rit.in oriolen. 16. Dec. 1605.

CA-

CAPVT II.

De Sacramento Confirmationis.

SAcramentum confirmationis, quod conſignationem antiquitus appellabant. [a] Cyprian.
Et nonnulli conſummationem, cum per illud ſimus completè chriſtiani Vrban. PP. [b]

Modo verò aliquando ſacramentum chriſmatis, aliquando confirmationis appellatur.

Fuit in noctæ cœnę à Chriſto Domino inſtitutum, cum toties ſuum promiſit ſpiritum Fabianus PP. [c]

Hoc eſt quod docuit S Thom. Chriſtum Dominum inſtituiſſe hoc ſacramentum non exhibendo, ſed promittendo Thom. [d]

Vnde immerito ipſi ſunt aduerſati Nouatiani, Donatiſtę, Arriani, Vualdenſes, Vuiclef. & Caluinus, qui à dęmone introductũ blaſphemauit, Luter, Melanton in locis cõmunibus, & Magdeburgenſes. centur. 4.

Materia huius ſacramenti eſt Chriſma;

a Cyprian. epiſt. 73.

b Vrban papa in ſua epiſt. Decretali.

c Fabrianus epiſtola 2.

d Thom. 3 p. q. 72. art. 1. ad 1.

[a] Concil. Floren. in inſtr. arm.

ideſt, oleum Balſamo mixtum ab Epiſcopo conſecrarum, Concil. Florent. [a]

Forma verò, conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis. concil. Flor. [b]

Quamuis confirmatio non habeatur de præcepto, ita quod abſque ipſa ſalus eſſet non poſſit, expedit tamen fidelibus illam ſuſcipere, vt pleni chriſtiani inueuiantur. can. omnes. [b]

[b] can. omnes de conſecrat. d. 5.

[c] Trid. ſeſſ. 7. can. 9. de ſacra

Nullus confirmatus debet reconfirmari, Triden. [c]

Nullus non confirmatus poteſt eſſe in confirmatione Patrinus, nec Pater, aut Mater, Maritus, aut vxor Pontif. Rom. [d]

[d] Pontif. Rom

Contrahitur in hoc ſacramento cognatio ſpiritualis impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum quæ cognatio confirmantem, & confirmatum, illius patrem, & matrem, ac tenentem non egreditur. Pontif. Rom. [e]

[e] Pontif. Rom

Cõfirmato ligetur frons, & ſic maneat vſq; dum extergatur chriſma, olim enim ſeptem diebus, ita ligati manebant tradit. Hugo. [f]

[f] Hugo lib. 2. de ſacram. p. 7 c. 6

CAPVT III.

De Sacramento Euchariſtiæ.

EVchariſtia, quę eſt ſacramentũ corporis, & ſanguinis Chriſti ſub panis, & vini ſpeciebus idem ſonat, ac gratiarum actionem, ſynaxis etiam nomine conſueuit appellari ad denotandam vnionem cum Criſto, & inter ſeſe.

Hoc ſacramentũ in noctæ cœnę inſtitutum fuit, vt Euangeliſtæ teſtantur.

Eius materia eſt panis triticeus, & azimus apud nos, apud noſtros autem Græcos, ſiue Albanenſes fermentatus, & vinum de vite. Florent·[a]

Cui vino eſt aqua admiſcenda, Trid.[b] contra Hydroparaſtas,[c] Armenos,[d] & Luterum, & iſti panes debent eſſe nitidiſſimi Anicetus Papa infra citandus.

Græci non poſſunt more latino, nec iſti more Græco conſecrare. Pius V.[e]

Hoc ſacramentũ licet à Chriſto poſt cœ

nam

a Florent. Concil. in decret. Eug.
b Trid ſeſſ. 22. cad. 7.
c Treodoret. lib. haret.
d Fnb. Trullen. can. 32: & Lut. lib con, Reg. Ang.
e in bulla prouidentia Romani Pontif.

nam fuerit inſtitutum, & ſub vtraque ſpecie Apoſtolis miniſtratum, attamen ſacrorum authoritas canonum vult, quod non conficiatur hoc ſacramentum poſt cœnam, neque recipiatur à non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis.

Nec laici illud recipiant, niſi ſub ſpecie panis cum integrum Chriſti corpus, tam ſub ſpecie panis, quam vini verè contineatur, & hæc eſt lex eccleſiæ, concil. Conſtant. [a] & Trid. [b]

a Concil. Conſtant. ſeſſ. 13.
b Trid ſeſſ. 21. cap. 1.

Statuimus, vt in eccleſia chriſma, & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur ne manus temeraria ad illa poſſit extendi; quæ ſi incautè cuſtos reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, & ſi per incuriam aliquid nephandum, inde contigerit grauiori vltioni ſubiaceat, Later. [c]

c Later. c. 20.

Caueant parochi, ne aliqua putredo in ſacrario inueniatur eſt enim hoc iniuria Corpori Domini noſtri, & hoc ſub grauiſſimis pœnis. Clem. Rom. [d]

d Clem. ep. 2. ad Iacob.

Si negligentia aliquid ſtillauerit in terra de ſanguine Domini, lingua lambatur, & tabula radatur.

Si non fuerit tabula, vt non maculetur locus radatur, ſi ſuper altare linteamina tribus

vicibus abluantur calice ſuppoſito, & aqua adlutionis iuxta altare recondatur, Pius [a] Papa.

Sumpturus hoc ſacramentū non accedat cum conſcientia lethalis criminis Paulo dicente probet ſe ipſum homo, quapropter pręmiſſa ſacramentali cōfeſſione exiſtens in mortali, & non alias debet accedere. Trid. [b]

Omnes vtriuſque ſexus ſingulis annis ſaltem in Paſchate Reſurrectionis communicare teneantior ſub mortali. Later. [c]

Et in articulo mortis ſub mortali. Carth. 4. [d]

Vnuſquiſque in ſua parochia paſchali tempore Euchariſtiam ſumat, vt paſtor oues ſuas poſſit dignoſcere.

Clerici non ſtatim, ac communicauerint manducent Clem. [e]

Euchariſtia eſto ſit infirmis afferenda, vt ſumatur, ſi tamen illam ſumere non valent, nullatenus afferatur ad finem, etiam ſimpliciter oſulandi. ſac. congr. [f]

Maniſeſtis peccatoribus etiam petentibus non detur Euchariſtia, D. Thom. niſi tamen articulus mortis immineret.

Neque pueris, qui annum diſcretionis non pertingunt Triden. [g]

a Pius PP. apud Gratian. de conſe diſt 2.

Trid. ſeſſ. 13. c. 7

c Later ſub Innoc. 3. cap. omnis vtriuſque.

d Carth. can. 77

e Clem. Rom. epiſt. 2.

f ſac. congr. Archiep. Panor. 19. Nouemb. 1571.

g Thom. 3. p. 9. 80. art. 6.

Trid. ſeſſ. 21. can. 4.

Taber-

Tabernaculum euchariſtiæ non eſt ferendum ſacerdotum humeris, ſed manibus tantum, congr. Rit.[a]

Debet in ſacrario conſeruari ſacroſancta euchariſtia, & deferatur in firmis, cum etiam ad hunc finem conſeruetur in eccleſijs.[b] Trident.

In die Paraſceue non eſt diſtribuenda euchariſtia alijs quam infirmis. congr. Rit.[c]

a congreg. Rit. apud Barboſ. de off parochi.

b Trid. ſeſſ. 13. cap. 6.

c congr. Rit. 19 Feb 1622.

CAPVT III.

De Miſſa.

DE ſacroſancto miſſæ facrificio, quod Bogomilorum pſeudo Apoſtolorum Luteranorum, Caluiniſtarum aliorumque hæreticorum agmina deteſtantur, & in eccleſia Dei ſummopere commendatur hic supereſt differendum.

In hoc offertur Deo verum, & proprium ſacrificium, Trid.[a]

Quod ſacrificium eſt propritiatorium, & non ſolum viuis, ſed & Defunctis prodeſſe fatendum eſt, Trid.[b]

Præcipimus primo, quilibet ſacerdos, qui animarum curam non habet tenetur tamen ſaltem in pręcipuis feſtis celebrare, Thom:[c]

2 Quod ſub pœna ſuſpenſionis, niſi quater in anno celebrent præcipit. Innoc. 3.[d]

3 In feſto Natiuit. Domini noctæ miſſam celebrare, licet Teleſphorus.[e]

Olim etiam ſabato ſancto de noctæ celebrabatur, can. ſolent.[f]

4 Hora celebrandi miſſam priuatam eſt de

a Trid. de ſacrif. Miſſæ, can. 1.

b Trid. de ſacrif. miſſæ, can. 3.

c Thom. 3. p. q. 82. art. 10.

d Innoc. 3. in c. dolent.

e Teleſph. epiſt prima.

f can. ſolent. de conſec. diſt. 1.

ordinario ab aurora vſque meridiem. Pius [a] Quintus.

5 Quilibet celebrans non plures, ſed vnam dicat miſſam, in die, quia ſemel paſſus eſt Chriſtus, & totum mundum redemit, ita Alex. 3. [b] & Tolet. 2. [c]

6 Non fiat celebratio in Domibus priuatis, ſed in eccleſijs, ſiue oratorijs à nobis deſtinatis, ac ſaltem benedictis, Trid. [d]

7 Quę ſi fuerint violatę, non erunt capaces, can. eccl. [e]

8 Nullus vtatur annulo in miſſa ſiue Prothonotarius non participans, ſiue Doctor, Congr. Rit. [f]

9 Neque Canonici Cathedralium, Cong. [g]

10 Ad exemplũ Salomonis, qui omnia vaſa Domus Domini ex auro puriſſimo fabricata diuino cultui mancipauit, ſtatuimus, vt quęlibet Eccleſia calicem habeat cum alijs vaſibus decentibus, concil. Oxomien. [h] ſynod. Trib. [i]

11 Quæ vaſa nonniſi quam à ſacris miniſtris contingantur. Damaſc. lib. de ſac. Miſſæ, [l]

12 Ceremonię, veſtes, & externa ſigna in miſſarum celebratione ſunt adhibenda, Trid. [m] cum multa ex Apoſtolica traditione emanauerint.

a Pius V. in regul. miſſalis.

b Alex. 3. apud Gratian. de conſecr.

c Tolet. 12. c. 5.

d Trid. de obſer. in celeb. miſſarũ.

e can Eccleſiam de conſec. diſt. 1.

f Congr. Rituum 18. Feb. 1623.

g Cong. 30. Nou. 1628.

h Oxomien. t. de de ordinari. eccleſ.

i Trib. cap. 18. lib. pontif.

l Damaſc. de ſacrif. miſſæ.

m Trid. ſeſſ. 22. cap. 5.

Qui

13 Qui altaribus miniſtrãt ſuperpelliceis induantur, concil. Oxom.[i]

14 Nemo celebret cooperto capite ſiue cũ piliolo, ſac. cong.[l]

15 Vicario Gener. celebranti,& ſi foret prothonotarius non accendantur quatuor candelę,nec ſint duo cappellani ſeruientes congr. Rit.[a]

16 Expletá miſſa calix cũ patena,& liber ſacrorum cum veſtibus ſacerdotalibus in mundo loco ſub ſera, recondantur, conc. Rhem.[b]

17 Cópleta miſſa fiat reuerentia Cruci infra capite diſcooperto. Rit. congr.[c]

18 Extet ad altare oleũ ad luminare, Clem.[d]

19 Nõ vtantur miſſali,niſi à Pio V. cognito, & à Clemente 8.[e] Vrbano 8. reformato.[f]

20 Qui miſſas nouas celebrant nõ circũeant eccleſiam pro oblatione, Trid.[g]

21 Poſſunt tamé vertere ſe in altaris medio ad populum, & à ſponte offerentibus oblationes accipere, ſac. congr.[h]

22 In altari priuati oratorij cui ex priuilegio apoſtolico miſſę,conceditur celebratio ſolemnioribus feſtis non poteſt in eo celebrari in Natali Dñi, Epiphania, Paſchate, Pentecoſte, Annunciatione, Aſſumptione Beatiſs. Virginis, feſtis Apoſtolorum Petri, & Pauli.& om

i Oxom. cap. de ornam. eccleſ.

l ſac. congr. 31. Ian. 1626.

a Congr. Rit 7. Auguſt. 1627.

b Concil. Rhem. apud Bruch. lib. 3. c. 97.

c Congr. Rit 28. Aug. 627

d Clem. cap. 3. apoſt.

e Clem. 8. & Vrbanus in bullis breu.

g Trid. ſeſſ. 22.

h Sac. Cong. Sancto Carolo Archiep. mediol.

nium ſanctorum, congr. Rit.[i]

23 In cappellis extra parochiales eccleſias in feſtis de pręcepto non celebretur ante miſſam parochialem, ſac. congr.[l]

24 Paramenta eccleſiarũ nequeunt benedici à ſuperioribus Regularibus, neque Abbatibus, quando eccleſiæ illis non ſunt ſubditæ, ſac. congr.[a]

25 Neq; à prothonotarijs, ead. ſac. cong.[b]

Et eſt deleta Abbatum conſuetudo, Sac. congr.[c]

26 Canonici tenentur cantare miſſam de die alias diſtributiones non faciunt, ſac. cong.[d]

27 Cõuentualis miſſa numquã poteſt omitti ob miſſam votiuam; ſiue pro Defunctis, cum ſac. congr. omnẽ abrogauerit conſuetudinem congr. Rit.[e]

28 Miſſæ certis regularibus conceſſæ, nequeunt ab alijs dici, etiam in ipſorum regularium eccleſijs, congr. Rit.[f]

29 Et qui habent miſſam celebrandam de Roſario, aliam dicant de B. Virgine cum iſtam ſoli Dominicani valeant celebrare, congr. Rit.[g]

30 Diaconi non dent pacem laicis, neque Domino loci., congr. Rit.[h]

31 In canone nomine antiſtitis nõ ſunt nominan-

i Congr. Rit. 27 Nouemb. 1607.

l ſac. Cong. Epiſcop. Sarzanen.

a ſac. congr. die 14. Aug 1609.

b ſac. congr. die 17. Iulij 1629.

c ſac. congr. die 18. Aug. 1629,

d ſac. cong Rit. die 21. Iul 1551

e & 28 Iul. 1612.

f ſac. congr. Rit. 21. Iul. 1628.

g congr. rit. 19. Nouemb. 1622.

h cong. rit. 16. Maij 1623.

minandi ſuperiores regulares, cong. Rit. [i]

32 Sabato ſancto nō ſunt pulſandæ in miſſa campanæ ante ſignum eccleſiæ matricis, congr. Rit. [l]

33 In paraſceue, ſi occurrat feſtum Annunciationis non tenentur fideles ad audiendam miſſam. congr. rit. [a]

34 Nec eadē die diſtribuenda eſt euchariſtia alijs, niſi infirmis, congr. rit. [b]

35 Celebrans, qui diſtribuit cādelas, cineres, & palmas detecto capite, diſtribuat, congr. rit. [c]

36 Communicantes, infra octauam Aſcenſionis contingit ſeparari à pręfatione, & eſt quando feſtum ſancti Philippi, & Iacobi occurrit infra octauam Aſcenſionis, tunc enim pręfatio erit de Apoſtolis, & communicantes de octaua, idque poteſt accidere etiam in inuentione ſanctæ Crucis, & in miſſis ſolemnibus votiuis, quæ dicūtur infra eandem octauā, & habent ſuam præfationem, cong. rit. [d]

37 Si ob terræ frigiditatem populus pergat tarde ad eccleſiam pro miſſa ſolemni, voluit, ſac. rit. [e] cong. quod potius recitetur tardius hora tertia quam recitetur miſſa de feſto poſt ſextam, congr. rit. [e]

38 Miſſæ, quę circumferuntur à ſac. congr.

i cong. rit. 15. Iul. 1614.

congr. rit. 12. Nouemb. 1605.

l congr. rit. 12 Martij 1609.

a congr. rit. 19. Feb. 1622.

b Congr. rit. 19. Feb. 1622.

c congr. rit. 18. Iul. 1626.

d congr. rit. 28. Aug. 1627.

e cong. rit. apud Alcoter. in ſuo ceremonial.

non approbatę, ſcilicet S. Gregorij prouiuis, & Defunctis, quindecim auxiliatorũ & de Patre Æterno, exceptis his, quæ ſunt permiſſę certis regularibus tantum, vt Roſarij, & ſanctę Marię de Carmelo; & alias reprobauit cũ ſuis officijs, ac damnauit, congr. rit. [a]

a congr. riti 8. April. 1628.

Declarauit poſtea non prohiberi miſſas 30. pro defunctis à Diuo Gregorio inſtitutas in Dialogo, cap. 55.

39 Quãdo in rubrica dicitur, quoad fieri poteſt miſſa cum officio conueniat, loquitur de priuatis miſſis; nam miſſa conuentualis debet ſemper concordare cum officio, cap. cum creatura.

cap. cum creatura de celeb. miſſ.

Oſten-

Oſtenditur dignitas Cœremoniarum miſſæ.

Quoniam huiuſmodi eſſe hiſtrionicas actiones blaſphemauit Caluinus, ideo earum Dignitatem in aliquibus, ex Pontificum, & conciliorum auctoritate demonſtrabimus.

In primis ergo Panes offerendi nitidè, & ſtudioſè fiant, & vinum, & aqua mundiſſimè tractentur, Anicetus.[a]

2 Ad ſignandum tres vniones in Chriſto ſacerdos oſculatur altare, ſcil. Vnionem diuinitatis ad Animam, diuinitatis ad carnem, & carnis ad animam Innoc. 3.[b]

3 Tunſiones pectoris, ac manuum eleuationes ſunt adhibendę, Innoc. 3.[c]

4 Adhibeant Thuſ Clem. Rom.[d] quidquid Almaricus contradicat &c.

Introitus oratines cõmemorationes gradus, tractus offertoria inſeruit miſſæ Cœleſt. 1.[e]

6 Fiant obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarũ actiones, & oblationes pro Regibus, & in ſublimitate conſtitutis Paulus.[f]

7 Fiant oblationes Clemens.[g] quidquid contradicat, Luter.[h]

8 Oblationes accipiantur ab vno Clerico, &

a Anicet. apud Brucardum lib. 5 cap. 29.

b Innoc. 3. lib. 5. miniſt. miſſæ c. 6

c Innoc. 3. lib. 5. miniſt. miſſæ.

d Clem. Rom. can. Apoſt.

e Almaric. apud Lutzemburg.

f Paulus 3.

g Clem. Conſt. Apoſt. cap. 5.

h Luter. de formula miſſæ.

inter

inter omnes clericos exide diuidantur, Bracharen.[i]

9 Finito offertorio adhibeatur incenſum, & fiat thurificatio in memoriam mortis Redemptoris noſtri, concil. Rothomagenſe.[a]

10 Hoſtia debet eleuari, & plebs reuerenter adoret. Honor. 3.[b]

Neque in hoc audiendus eſt Beza.[c]

11 Fiāt orationes pro defunctis. Cabilon.[d]

12 Debet ſacerdos ſuper mēſam altaris manus extendere, quia Chriſtus ſuper Aram Crucis manus extendit Innoc. 3.[e]

13 Dicatur nobis quoq; peccatoribus paululum expreſſa voce, & percuſſo pectore, repræſentatur enim confeſſio latronis in articulo paſſionis Dominicæ alterum increpantis, Innoc. 3.[f]

14 Detur Pax, Concil. Load.[g] Mogunt. & Liturgiæ Iac. Marci, Baſilij, Chriſoſt. ac Ambroſij.

15 Et benedicatur Populus Clem.[h]

Ecce igitur ceremoniæ non ſunt noſtra inuenta, ſed antiqua, & ſic debent venerari nō putari hiſtionicæ cū per Summos Pontifices, & concilia tradantur.

Aliæ ceremoniæ in ceremoniali Romano videantur.

i Brachar. 1. cap. 39.

a Rothom. apud Brucard. lib. 3. c. 227.

b Honor. 3 lib. 3. decret. de celebr. miſſa.

c Beza de cœna Domini c. 36.

d Cabilonen. c. 19.

e Innoc. 3. lib. 5. miniſt. miſſ. cap 10.

f Innoc. lib. cit. cap. 12.

g Load cap. 19. Mogunt. cap 44.

h Clem. c 7 lib. 8. Apl.

CA-

CAPVT IV.

De Sacramento pœnitentiæ.

PÆnitentię ſacramentum, quod Montaniſtæ, [a] Nouatus, [b] Melanton.[c] Luter, [d] Caluinus,[e] & alij hæretici deteſtati ſunt neceſſarium ad ſalutem eſſe lapſis in culpam ſacra teſtantur oracula dicente Chriſto, niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimut peribitis. Lucas. [f]

Eſt ſacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum, ac confitentem ſua peccata, cum verò dolore, & propoſito ſatisfaciendi abſoluit.

Sacramentum iſtud ſaluator Noſter inſtituit, quando à mortuis Rediuiuus in ſufflauit in diſcipulos dicens: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, Trid. [g]

Pœnitentiæ forma in his verbis ſita eſt, ego te abſoluo, quibus aliquæ preces de eccleſiæ more laudabiliter ad iunguntur, quæ tamen

a Hieronym. epiſt. 54 ad Marcellam.
b Cyprian. l.b. 42.
c de locis communi.
d in captiuit. babyl. cap. de bapt.
e l. 4. inſt. c. 17.
f Luca 18.
g Trid. ſeſſ. 14. de pœnit. cap. 1

ad eius formam non ſpectant. Trid.[a]

Partes ipſius, ſiue materia ſunt ipſi actus pœnitentis nimirum contritio, confeſſio, & ſatisfactio, Innoc. 3.[b] & Trident.[c]

Contritio, quæ ſecundum conciliorum doctrinam eſt animi dolor, & deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero, non facit hominem hyppocritam, aut magis peccatorem iuxta Luteri[d] deliriũ, ſed eſt in chriſtianorum ſalutem, ita docuit Apoſtolus, & neceſſaria, idem Trid.[e]

Confeſſio eſt ſuorum maniſeſtatio peccatorum integraliter proprio facienda ſacerdoti, Florent.[f]

Non enim hoc laicis conceditur, vt Vualdenſes[g] delirabant.

Non eſt inuentum, concil. Lateràn.[h]

Neque inuentum humanum eccleſiæ conſuetudine inceptum, vt deceptus eſt Petrus Oxomenſis, vt declarauit Sixtus 4.[i]

Sed à Chriſto inſtitutum, ac præceptum, Trid.[l]

Ac per hoc damnantur Albigenſ.[m] flagellantes, & à concilio conſtantienſi Vuiclef. &c. concil. conſtan.[n]

Omnes vtriuſque ſexus fideles omnia peccata ſua fideliter confiteantur ſemel in anno

a Trid. ſeſſ. 14. cap 3.

b Innoc. ad pſal. 1. pœnit.

c Trid. ſeſs. 14. cap. 3.

d Sermone de pœnit

e 2. Cor. 7. Trid. ſeſs. 14. c. 4

f Florent. de ſacram.

g Guido de Vuald. hæreſ. 5.

h Concil. Later.

i Sixtus 4. apud Eminentiſs. Lugo de confeſs. & eius neceſſitate diſp. 15.

l Trid. ſeſs. 11. c. 5.

m Antonip. p. 4. tit 11. cap. 7.

n Concil. Conſtant. ſeſs. 8.

ſacer-

ſacerdoti à nobis approbato, Later. [a]

Miniſter enim ordinarius eſt ſolus ſacerdos, qui etiam ſi malus fuerit huiuſmodi poteſtatem non amittit. [b] Trid.

Vnde error eſt dicere ſoli Deo eſſe confitenda peccata, & nullo pacto ſacerdoti, hoc enim faciebant Iacobitæ, qui ſoli Deo illa propalabant ponentes prope ſe ignem, in ſignum quod Deus per talem confeſſionem eorum peccata conſumebat Iacob. Vitt. [c]

Sacerdos cui confitemur non debet eſſe abſens, ná non licet confeſſario abſenti per literas, aut inter nuntium peccata ſacramentaliter confiteri, & ab illo abſente obtinere abſolutionem. Clem. 8. [d]

Peccator nedum ſingula peccata, ſed peccati circumſtantias confiteatur ſecundum, quod maius peccauit in loco tempore, in numero, in perſona ſecundum ætatem, ſecundum ſcientiam, ſecundum ordinem, ſi facile, ſi frequenter, ſi manifeſtè, ſi perſeueranter, hæc omnia crimen exagerant, & ideo bonum eſt ſibi quòd hęc omnia confiteatur ne delictum alleuiet, vel peccatum excuſet, ait Innoc. 3. [e]

Circumſtantiæ quæ peccati ſpeciem mutant non ſunt ab otioſis hominibus excogitatæ, neque vna tantum circumſtantia confi-

[a] Later. cap. 21.

[b] Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.

[c] Iacob. Victor. hiſt. orien. c. 76

[d] Clem. die 20. Ian. 1602. in generali Congr. Inquiſ.

[e] Innoc. 3. de martirib. ſer. 2.

cenda eſt dicendo ſe peccaſſe in fratrem, ſed ſingulæ aperiendę, Trid.[a]

a Trid. ſeſs. 14 cap. 5.

Prius autem pœnitentes ſe diligentius excutiant, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras explorent, & omnia quę meminerint mortalia confiteantur, quę verò mentem fugiunt, facto tamen diligenti examine eadẽ confeſſione intelliguntur incluſa Trid.[b]

b Trid. loc. cit.

Venialia peccata quamuis vtiliter dicantur taceri tamen poſſunt Trid.

c Trid. loc. cit.

Qui facultatem habet abſoluendi debet qualitatem peccatorum ſpeculari, & peccatoris, qualiter ſi ad peccatum affectus, an ad ſalutem inclinet, quid ſecum deliberet ad redeundum ad meliorem frugem, quapropter ſciens debet eſſe confeſſarius. Conſtantinop.[d] & Later.[e] cap. 21.

d Conſtantinop. can. 102.
e Lateran. c. 21.

Vnde nullus ſacerdos, poterit confeſſiones excipere, qui ordinariam, aut ſubdelegatam à nobis (qui cuiuſcumque talentum ſcrutabimur) habeat poteſtatem Trid.[e]

e Trid. ſeſs. 14. cap. 7.

Eſſet enim abſolutio nulla Florent.[f]

f de ſacramen.

Etiam à regularibus impenſa, quando ſcil. non ſint approbati, congr. concil.[h]

g Congr. concil. 12. Maij 1594.

Infirmi vltra triduum non confeſſi à medicis non ſunt viſitandi Pius V.[i]

h Pius V. in bulla ſup. r Gregem

Si infirmus confeſſarium petijt, & modo

non

non ſit in ſtatu confitendi, ſi tamen ſigna pœnitentiæ dedit aliquibus atteſtantibus poteſt confeſſarius ipſum abſoluere Carth. 3.[a]

Regulares approbati non impediantur, quin audiant confeſſiones in Domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur, licet velimus, quod eadem die ſuum parochum certiorem reddant. congr.[b]

Quando ſacerdos abſoluit nõ imponat manus pœnitenti, cũ ſacramentum pœnitentiæ non ordinetur ad excellentiorẽ gratiã conſequendam, ſed ad peccatorũ remiſſionẽ, S.Th.[c]

Sacerdos habeat ſi ſæcularis ſit, quando cõfitetur ſuperpelliceum,& ſtolam,cong.Epiſc.[d]

Regulares vi priuilegiorum non poſſunt abſoluere à caſibus quos nobis reſeruamus. ſac cong.[e]

Poſſunt confeſſarij virtute Iubilæi à Summis Pontificibus in dicti cum facultate abſoluendi à quibuſcumque caſibus nobis reſeruatis abſoluere; non tamen virtute priuilegiorũ regularibus, aut confratribus conceſſorum. congr.concil.[f]

Hęc autem confeſſio iuxta Doctorum ſanctiones, ſit ſimplex, humilis, pura fidelis, & cum alijs conditionibus à Caſiſtis relatis. DD.

a Carth 3.citatus in c.ægrotantes.

b Congr. ann. 1606. 22. Ian. epiſc. Senogall.

c Thom.3. p. 9. 84.art.4.

d Congr. epiſc. 8 Nouemb.1588

ſac.congr.die 30 Ian.1587 & 12 Maÿ 1549.

Cong.concil. 1. April. 1501.

Ca-

Caueant parochus, & quicumque confeſſarius ne pœnitẽtes ad turpes actus ſollicitent ſub pœnis ſuſpenſionis, priuationis beneficiorum quorumcumque, & inhabilitatis ad illa, & aliarum pœnarum, quas imponit, Greg. 15.[a]

a Greg. 15. in bull. contra ſollicitant.

Similiter nec ſigillum frangat confeſſionis alias nouerit ſe depoſitionem incurrere cuiuſcumque ſacerdotalis muneris, & perpetuę recluſionis in monaſterio in cap. vtriuſque ſextus.[b]

b cap. omnis vtriuſque ſextus de pœna, & remiſſ.

CAPVT V.

De Caſibus reſeruatis.

DEbet pro eccleſię recta gubernatione dari aliqua caſuum reſeruatio, quæ etiam coram Deo vim habet, mortis tamen articulo excepto, tunc enim omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis poſſunt abſoluere Trid. [c]

Extra mortis articulum ſacerdos, qui ſcienter abſoluit reſeruata abſque delegatione legitima, mortaliter peccat, & papalem excommunicationem incurrit. Clem. 8. [d]

Si quis falſus teſtis fuerit, falſum obijciendo olim ante exitum non communicabat. Arel. 2 cap. 24. [e]

Nos autem tale peccatum nobis reſeruamus.

Caueant tam viri, quam mulieres ſuperſti-

c Trid. ſeſſ. 14. de pœnit. c. 7.

d Decret. Cong. epiſc. & Reg. 9. Ian. 1601.

e Arel. 2. cap. 24

tionibus, ac maleficijs operam dare, & meminerint illius quod 4. Reg. legitur. Quod Deus morte puniuit Regem, qui à Belzebub Deum Accaron petebat num tutus ab infirmitate euaderet, numquid non eſt Deus (dixit Elias ad miniſtrum regis) in Iſrael, quia pergis ad Belzebub Deum Accaron, propter hoc de lecto quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. Reg. 4. nos autem ſimiles ſicut, & ſortilegos nolumus nobis inconſultis abſolui.

Reg. 1.

Quicumque blaſphemauit nomen Domini Ieſu, ac Beatiſſimæ Virginis, ſi clericus fuerit, vel laicus diues, vel pauper luet pœnas, quas in Bulla fulminat Pius V.[a]

[a] Pius V. in bul a contra blaſph.

Vt ſcelus iſtud à noſtra Diocœſi eradicetur volumus, quod quilibet parocus in ſua parochia confraternitatem nominis Dei inſtituere procuret, munus autem erit confratruum vt iurantes corã ipſis admoneant, & charitatiuè corripiant interim blaſphemos iſtos ſola Epiſcopalis authoritas abſoluet.

Crimen concubinatus nobis reſeruamus, & in ſuper contra concubinarios, ſi noluerint eijcere concubinas pœnas adhibebimus iuxta pręſcripta Trid.

Trid.

Peſſimum ſodomiæ crimen reſeruamus, &

quod

quod Deus auertat, ſi clerici in hoc inciderint crimen nouerint ſe pœnas incurrere Pij 5. [a]

Mulieres quę viris defunctis, vel dum ſunt puellę per quinque continuas vices miſſas nō audiunt.

Vt autem parochi in abſoluendis caſibus reſeruatis non errent habeant pœnes ſe notā caſuum nobis reſeruatorum, & cœterorum, quæ in bulla cœnę continentur, ita Clemens Octauus. [b]

Tertia pars, ſacramenti pœnitentię eſt ſatisfactio, vt diximus quam pœnitentibus haud neceſſariam eſſe mentiti ſunt Audeiani, [c] & iniuriam Deo eſſe teſtatus eſt Luter, [d] vt pote derogatoriam ſatisfactioni Chriſti denigrantem Euangelium Melanton. [e] & mendacium catholicorum Caluinus [f]

Hęc requiritur ad completum ſacramentum pœnitentię, vt in ſacris decernitur concilijs Nicæno primo, [g] Anciranο, [h] Laodicenſe, [i] Elibertino, [l] Arelatenſe ſecundo, [m] Toletano primo, & tertio, [n] Arauxicano primo, [o] & Trid. [p]

Nec ſibi blandiatur quiſpiam, ſi grauiter peccanti leuior pœnitentia, vel à manſueto, vel à diſſimulante dictetur, cum in purgatorijs ignibus perficiendum ſit quidquid mi-

a *Pius V. in bulla contra cleric. ſodom.*

b *Ian. 1601.*

c *Theodoret. hæretic. fabul. lib. 4.*

d *Luter. in aſſert. art 5.*

e *Melan diſp. de part. pœnit.*

f *Caluinus lib. 4 inſtit.*

g *Nic. 1. can. 11*

h *Ancir. can. 4.*

i *Laod c. can. 2.*

l *Elibert. c ſet.*

m *Arel. 2. c. 10. 11, 12.*

n *Tolet. 1. c. 16. & Tolet. 3. c. 11.*

o *Araux 1. c. 3.*

p *& Trid ſeſs. 14.*

nus factum eſt cum dignos pœnitentiæ fructus quærat altiſſimus Damianus. [a]

a Damian. ſer. de Sancto Andr.

Secundum modum culpę ſit modus pœnę penſata perſonę qualitate, non ſit tam grauis, vt deſperetur non tam leuis, vt præſumatur, Innoc. 3. [b] & Trid. [c]

b in ſer in conſecr. Pont
c Trid. ſeſſ 14.

Satisfactio debet eſſe talis per quam nobis aliquid ſub trahimus in honorem Dei habemus autem tria bona, ſcilicet corporis animę, & fortunæ ex bonis fortunæ ſatisfacimus dando eleemoſynas, ex bonis corporis per ieiunium, ex bonis animæ per orationem. D. Thomas. [d]

d D.Th. in add. q. 15. & in 4. diſt. 15.

Infirmus, qui neceſſitate mortis vrgente confitetur peccata ſua ſub ea conditione, vt à ſacerdote reconcilietur, ſi Dominus ſanitatem ei reddiderit ſecundum qualitatem delicti omnino ſatisfaciat.

Nec eſt dicenda ſatisfactio, quam quis agit de vno peccato, ſi perduret in altero, nam ieiunare, orare, & alia bona mortua ſunt niſi mens à peccato reuocetur, Magiſter ſent. [e]

e Magiſtr. in 4. diſt. 15.

Sic ergo nec dolor ſine operis ſatisfactione aliquod valet, nec opus ſine dolore peccatorum, ſine dolore flos ſine fructu, dolor ſine opere fructus ſine maturitate. Mogunt. [f]

f Mogunt.

Vltra

Vltra pœnitentiam à ſacerdote impoſitam congruū, eſt vt ſibi adijciat aliam, vt qui illicita commiſerit à licitis quibuſdam abſtineat, quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat, vt qui commiſit prohibita ſibi metipſi abſcindere debet etiam honeſta. Greg. Mag. [a]

CAPVT VI.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

NEgarunt extremam vnctionem. Armeni, [b] Vualdenſes [c] illum ſacramentum maledictionis blaſphemarunt, ab Albigenſibus, [d] ac flagellantibus, nihil eſſe exiſtimata eſt, Lollardi rem irriſoriam dixerunt, Luter. [e] ſpeciale delirium. Melanton [f] ſuperſtitioſam cæremoniam, ac Caluinus [g] actionem hiſtrionicam.

Eſt verum ſacramentum eccleſiæ à Chriſto Domino inſtitutum Marci 6. [h] & inſinuatum illis verbis exeuntes Apoſtoli prædicabant, vt pœnitentiam agerent; & vngebant oleo, ac multos ęgros ſanabant, ac pro-

a Greg. Mag. hom. 24. in Euāg.

b Guido de hæreſ.

c Guido de Vualdenſ.

d Antonin. 4. p. ſum tit. 11. c. 7.

e Trithemius in Cron co Liraurg. Anno 1315.

f in capite babij cap. de extr. vnctione.

g Melanton. in locis comm. c. de extr. vnctione.

h 4. inſtit c. 19.

mulgatum fuit à Iacobo in ſua epiſtola, ita docuit Trid.[a]

De hoc ſacramento ſacra teſtata ſunt cōcilia, Nicen. 1.[b] Cabilonenſe 2.[c] Vormacienſe,[d] Aquiſgranenſe 2.[e] Moguntin.[f] Florentinum,[g] ac nouiter Trid.[h]

Eius materia remota eſt oleum ab Epiſcopo benedictum Flor.[i]

Forma vero ſunt illa verba, per iſtam vnctionem, quæ vnctio debitis partibus eſt applicanda Flor.[l]

Fiat in quinque ſenſibus à ſacerdote, D. Tho.

Oleum debet eſſe oliuarum, & eodem anno ab Epiſcopo benedictum cap. literis.[m]

Poteſt in neceſſitate parochus vngere infirmos oleo veteri, congr. Epiſc.[o]

Miniſter eſt ſacerdos, qui ſenior in eccleſia dicitur, non autem laicus eſto ſit aliquando ſenior ætate, vel in populo Trid.[p]

Sacerdos vno præſente clerico, aut etiã ſolus poteſt infirmum vngere Alex. 3.[q]

Hic autem ſacerdos ſit parocus, vnde religioſi, qui clericis, aut laicis hoc ſacramentum miniſtrant non habita parochialis presbyteri licentia ſpeciali excommunicationem incurrunt. Clem. V.[r]

a Trid. ſeſſ 14. de inſtit. huiuſ. ſacr. c. 1.

b Nicen. 1. can. 60. arab.

c Cabil. 2. c. 48.

d Vormacienſe cap. 72.

e Aquiſgran c. 8

f Mog. c. 26.

g Flor. in litt. vnio.

h Trid. de extr. vnctione.

i Flor. loc. cit.

l litt. de conſecr. diſt. 3.

in 4 diſt. 23. q. 1. art. 3.

n de conſecr. diſt. 3.

o congr. epiſc. 20. Mart. 1570.

p c. 3 loco cit. de extr. vnct.

q Alex. ad epiſcop Carnoten. lib. 5. tract. 4.

r Clem. V. in Conc. Vien. de priuil et de exceſſib. priuileg. c. 1

Sub-

Subiectũ ſacramenti eſt moriturus ex infirmitate, ſiue illa oriatur ex morbo, ſiue ex vulnere, ſiue ex ſenectute, non vero ſuſpendendus, aut nauigationem procelloſam aggreſſurus cum dicat Iacob. Infirmatur quis in vobis. Iacob.[a]

a Iacob. in epiſt.

Non tamen detur infirmo, niſi de eius morte timeatur. Florent.[a]

a Florent. de ſacram extreme vnct. on.

Si de aliquo dubitatur, an ſit viuus, vel mortuus ſub conditione danda eſt illi vnctio extrema Paul. V.[b]

b Rituale.

Ex quo colligit (quod obiter dictum ſit) Doctiſſimus Lugo[c] ſub cõditione dari poſſe pueris de quibus dubium eſt, an ſint capaces doli, cum non minor ſit ratio.

c de euchariſt. diſp. 13. ſect. 4. num. 41.

Mutilatis dari poteſt, quanto propinquius eſſe poteſt ad partes illas in quibus vnctio fieri debuerãt, licet enim mẽbra nõ habeant, habent tamen potentias animę, quibus illa membra debentur in radice,[c] D. Thom.

c vt ſuppe qua 32 art 7.

In eadem infirmitate non eſt hoc ſacramentum reiterandum, niſi diuturna eſſet infirmitas in qua modo incideret in periculum, & poſt multum temporis iterum in aliud periculum incideret D. Thom.[d]

d vt ſup.

Neque pluries in eadem parte ſacra vnctio conferenda eſt, quod ſi conualuerit, inquit,

Tridentinum iterum hoc ſacramentum iuuari poterit, ſi in vitę periculum cadet. Trid. [e]

e Trid. ſeſſ. 14. de extr. vnct. c. 3.

Eius effectus eſt mentis ſanatio, & ſi expedit etiam corporis. Florent. [f]

f Florent. vt ſup.

Vnde delicta, ſi quę ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit. Trid.

CAPVT VII.

De Sacramento Ordinis.

QVoniam quæ ſunt à Deo ordinata, ſunt, inquit Apoſtolus, [a] voluit Deus hierarchicum ordinem in eccleſia ſtatuere, vt quemadmodum ipſe Deus vltima per media reducit, & perficit, & hæc Dyoniſio [b] teſtante per prima, ita talis foret in eccleſia pulchritudo, vt quidam alijs traderent ſacramenta ſuo modo Deo aſsimilati docuit. D. Tho. [c]

a Rom. 13.

b cap. 5. celeſtis hierar.

c D Th. ſupp. quæſt 33. art. 1.

Negarunt hanc ſacramentalē hyerarchiam Pſeudoàpoſt. [d] Luter, [e] qui addit hoc ſacramen-

d Turrec. de eccl. ſia lib. 4. p. 2. cap. 33.

e in captiu. babylon. cap. de ordine.

men-

mentum eſſe adinuentum Papæ, Melant. [f] & Caluinus. [g]

Contra iſtos ſacrorum miliiant oracula ſcripturarum, Apoſtolicę ordinationes, & vnanimis PP. conſenſus, inquit Trid. [i]

Materia huius ſacramenti eſt illud per cuius traditionem confertur ordo forma vero ſunt illa verba accipe poteſtatem, miniſter ordinarius eſt Fpiſcopus Flor. [i]

Dicitur autem ordo ſignaculum quoddam, eccleſię per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato magiſter ſent. [l]

Vt autem plena huius ſacramenti habeatur notitia de ſingulis ordinibus agendum eſt, & primo de pręambulo ad ordines, qui eſt prima Tonſura.

f in locis communibus.
g lib.4 inſtit. c 19.§.22.
h Trid. ſeſſ 23. cap.3.
i Florent. de ſacramentis.
l Magr. de ſacramentis.

CAPVT VIII.

De prima tonſura.

PRæambulum ad ordinem eſt prima tonſura, non tamen eſt ordo Flor.[a]

Flor. de ſacra-
mentis.

Prima tonſura non initientur, qui ſacramentum cõfirmationis non ſuſceperint et qui legere, ac ſcribere neſciant, ac fidei non didicerint rudimenta Trid.[b]

Trid. de refor.
ſeſſ. 23. cap. 3.

Nec minores ordines ſuſcipiant, qui tonſura clericali inſigniti non fuerint ſecundum Nicęnum.[c]

Nicæn. 2. can.
4.

Ætas ad hanc tonſuram ſuſcipiendam eſt ſeptennium completum, ita etiam in ordinibus minoribus excepto accolitatu, qui annum duodecimum exigit DD.

CA-

CAPVT IX.

De prærequiſitis ad Ordines.

QVi ordines voluerint recipere tales habere debent conditiones.

Quod ſint Baptizati, & hoc de neceſſitate ſacramenti. Nicænum.[a]

Quod ſint confirmati, Florentinum[b] & Tridentinum,[c]

Non ſint mancipia Tolet. 4.[d]

Sint legitimi Alexand. 3.[e] & Concil. Pictauienſe.

Non maculati defectu aliquo membrorum, qui notabilem maculam inferat Innoc. Tertius.[f]

Non ordinati per ſaltum Greg. Mag.[g] & Concil. Sardicen.[h]

Non bigami Clemens,[i] Tolet. primũ,[l] & Araux.[m]

Non homicidæ Alex. 3.[n]

Non carentes patrimonio, vel fictum habentes Trid.[o]

a Refertur 1. q. 1.
b de ſacram. ord.
c Tolet. 4.
d Alex. ad Archiep. Turonen.
f Innoc. 3. ad epiſc melit.
g Gregor. epiſt. 110. epiſcop. Lugdunenſ.
h Sardicen. can. 10.
i Clem. lib. 6 c. 7 & can. Apoſtolico 17.
l Tolet. 1. cap. 4.
m Araux. c. 25.
n Alex 3. ad epiſcop. oxon.

a Trid. ſeſſ. 21.

Non illi, qui malis ſunt moribus, Trid. [a]

b Pius 2. in extrem.

Neque illi, qui dimiſſorias non habent ſub pœna ſuſpenſionis Pius 2. [b]

c Trid. ſeſſ. 23.

Nec qui interſtitia non ſeruauerint, Trid. [c]

d Pont. Rom.

Non ſtulti, arreptitij, abſtemi, neque excommunicati Pont. Rom. [d]

e ſeſſ. 22. cap. 12.

Fiant ante promotiones publicationes per parochum ad cognoſcendum vtrum aliquod ex his impedimetis interceſſerit, & prius quã ordines ſuſcipiant examinẽtur, vt illorum qualitas poſſit dignoſci Trid. [e]

f ſeſſ. 23. c. 13.

Ad minores ordines recipiendos requiritur quod ſaltem habeatur latinæ linguæ noticia. Trid. [f]

CA-

CAPVT X.

De ordinibus minoribus.

MInores ordines ſunt oſtiariatus exorciſtatus lectoratus, & accolitatus, quos omnes negarunt Vualdenſenſ.[a] & Vuiclef,[b] Græci vero oſtiariatum exorciſtatum, & accolitatum.

De ordinibus iſtis frequentiſſime legimus in Concilijs Trid.[c]

Oſtiariatus eſt verus ordo, quo deputatur aliquis ad oſtium domus Domini, quod Sanctum eſt Clemens, concil. Laodicenſe[d] ſynodus Rom ſub Sylueſtro.[e] Toletanum 1. Carth. 4.[f]

Lectoratus meminerunt Clem. concil. Antiochenum,[g] Laodicenſe[h] ſynod. Rom. ſub Sylu.[i] Carth. 4.[l] Sardicen.[m] Liturgia, Marci, & Ignatius martyr.

Exorciſtatus refertur à Concil. Antioch.[n] Laodicenſi[o] ſynod. Rom. cit. Cart. 4. Matiſcon. 2.[p]

Acolitatus refertur à Fabiano Papa,[q] & à multis ex citatis Concil.

a Guido de Vualdeſ.
b Vuiclefustrialo. cap. 13.
c Guido hereſi 19.
Trid. ſeſſ. 23. c. 2.
d epiſt. 2. ad Iacobũ fratrem Domini.
Laod. can 24.
Sinod. Rom. c. 7.
e Tolet. 1. cap. 4.
f Carth. 4. c. 9.
Clem. lib. 3. c. 11
g Antioch. c. 11.
h Laod can. 23.
i Silu. c. 7.
l Carth. 4. c. 8.
m Sard. can. 10.
Liturgia, Marci, fol 10.
Ignat. epiſtol. ad Antioch.
n Antioch. c. 10
o Laod c. 24. cęteri, vt ſup.
p Matiſchon. c. 16.
q Fabian. epiſt. 1

Horùm exercitium ex Pontificali eſt deſumendum, & ex lib. examinandorum:

CAPVT XI.

De Diaconis, & Subdiaconis.

SVbdiaconi debent promoueri, qui annum vigeſimum ſecundum habeant Diaconi, 23. Presbyteri, 25. Trident.

Trid. 9.

Qui anni non oportet, quod ſint completi, ſed ſatis fuerit, quod ſint inchoati, Congreg. concilij.[a]

a Congr. 7. ſep. 1594.

Ordinatus ante legitimam ætatem remanet ſuſpenſus, & celebrando fit irregularis, Pius ſecundus.[b]

b extrauag. cum ex ſacrorum.

Non fiat Diaconus, niſi, qui in ordine Subdiaconatus fuerit per annum verſatus, neque presbyter, qui non fuerit per annum Diacenus Trid.[c]

c Trid. cap. 13.

Cœterùm hic annus non eſt neceſſe, quod duodecim menſibus compleatur, ſed ſatis fuerit, quod ſint lapſa quatuor interſtitia, quę ali-

quando

quando ob feſtorum mobilium varietatem duodecim menſes anteuertunt, ſtante tamen ætate ſuperius præſcripta Sixtus V. [a]

a bulla contra male promotos.

Nullus ex quo in ſubdiaconum fuerit tranſlatus, poteſt vltro ad nuptias pertranſire, concil. Rom. [b] Aquiſgranenſe, [c] Vormacen. [d] & Elibert. [e]

b Rom. cap. 8.
b Aquiſp. c. 6.
d Vormac. c. 9.
e Eliber. c. 33.

Subdiaconi munus eſt legere epiſtolam, ac Diacono miniſtrare.

Pont.

Diaconi, quos ſacerdotibus peruersé æquabat, Falcidius, & Caluinus appellabat hiſtriones debent ab omnibus sũma haberi veneratione, plurimum enim ſacris commendantur oraculis, vt in actis Apoſtolicis ad Philip. & ad Tim. [f]

f act. 6.
ad Filipp. 1.
f 1. ad Tim. 3.

Eſto ſint presbyteris inferiores Tolet 4. [g] Laod. [h] & Agat. [i]

g Tolet. 4. c. 38.
h Load. can 20.
i Agat. cap. 65.

Debent Diaconi legere euangelium, & inſeruire ſacerdoti Pont. Rom. [l]

l Pont. Rom.

Officia, & ſæcularia commercia non exerceant, & maximè in honeſta, hiſtrionibus, & ioculatoribus non intendant, tabernas euitent, adaleas, & taxillos non ludant nec talibus ludis interſint Lateran. [m]

m Later. c. 6.

CAPVT XII.

De Sacerdotibus.

SAcerdotij gradus poſt epiſcopatum digniorem ſibi in eccleſia vindicat ſedem, & honor ſacerdoti exhibenbendus eſt plurimus; & ſi enim eiuſdem prę-rogatiue nobiſcum non ſint, vt fallebantur Ærius [a] Marſilius, Patauinus, [b] & Armacanus, [c] ſuperiores tamen exiſtunt cæteris, quidquid delirio blaſphemauerit Luter [d] omnes chriſtianos indifferenter ſacerdotes agnoſcens omni ergo veneratione cenſentur digni Clem. [e] Greg.Mag. [f] Concil. [g] Triburienſe. [h]

Debent presbyteri tanta ſcientia pollere, quanta requiritur ad populum edocendum ea quę ad ſalutem ſunt neceſſaria, ac ad ſacramentorum adminiſtrationem. Tridentinum. [i]

Sint noſtri ſacerdotes irreprehenſibiles nec vllo contagio fornicationis polluti, ſed mundos ſe ipſos per ſacramentorum adminiſtra-

tionem

a apud epiph.
b apud Bernard. Lutzemburg.
c cap.5 in lib.11 de queſt. Arm.
d de captiuit babyloni.cap.de ordine.
e conſtit. Apoſtolicis lib.2.cap. 28.
f Greg.lib.4.epiſtola 31 ad Mauritium Auguſt.
g Triburienſe, cap. 4.
i Trid de ſacramento ordinis.

tionem exhibeant Toletanum Quartum.[a]

Eorum munus eſt ſacramentum Corporis, & ſanguinis Domini conficere Lat.[b]

Nullus abſque noſtris litteris commendatitijs poteſt celebrare. Trid.[c]

Viuant caſte, & caute, caſte ne contaminent vnctionem, caute ne alios per exemplum corrumpat Innoc. tertius.[d]

a Tolet.4. c.20.

b Lat. cap. 1.

c Trid. ſeſſ.23. cap.16.

d Innoc.3. ſer. de conſec.

CAPVT XIII.

De Horis Canonicis.

CLericus ſtatim, ac ſacris ordinibus eſt aſcriptus horas canonicas de prę-cepto diebus ſingulis recitare tenetur, & licet Luter, [a] Thaboritæ, [b] Melanton, [c] Magdeburgenſes, [d] Caluinus, [e] & alij canonicas horas blaſphemauerint, & inuentum Pelagij Papæ, quidam ex iſtis dixerit attamen antiquitatem horarum, ac dignitatem non ad horum impugnationem cum hæc ſit ſynodus non controuerſia, vt ſæpe dictum eſt, ſed ad inflammãdum magis clericorum animos ſingula percurrentes ſæcula demonſtrabimus.

a Luter. aduerſ. Cath.
b Thabor. apud Aeneam. Syluiũ hiſt. boem. cap. 25
c Melanton. in locis communibus.
d Magdeburg. cent. 6. cap 10.
e Caluin. iſtit.

Et quamuix veritas ſit, quod Pelagius, ac Gregorius primi officio formam dederint, vt Pius V [f] nos docet cantus tamẽ eccleſiaſticos, & horas licet non ſub prę́ſcripta ab illis forma ſemper habuimus de cantibus eccleſiaſticis

f Pius in bulla quæ eſt in breuiar.

horum in Deut.[a] Scribite vobis canticum iſtud, & memoriter habeant filij Iſrael, & ore decantent,& apud Eſdram[b] legerunt in volumine legis domini Dei ſui quater in die, & quater cōfitebantur, & adorabant Dominum, non igitur irridetur Deus eccleſiaſticis cantibus, ſed irridendi ſunt Paulus Samoſa[c] tenus, donatiſtæ, & Petrobuſiani,[d] qui huiuſmodi irriſionem æſtimarunt.

a *Deut. 31, 19.*
b *Eſdræ 9.*
c *Euſeb. lib. 7. cap. 24.*
d *Petrus Cluniacen. epiſt. 1.*

De horis canonicis Dauid[e] pſalmiſta nos edocuit illis verbis ſepties in die laudem dixi tibi vnde Alcuinus[f] ponderans præfata verba aſſerit, ſi hunc numerum ad litteram aduertimus ſeptem ſignificat voces, quibus ſe monachorum pia deuotio conſolatur, ideſt, matutinum, tertiam, ſextam, nonam lucernariam, Completorium, Nocturnum, Alcuinus,[g] & in actibus apoſtolicis ſæpe referuntur horæ prædictæ cum dicitur, quod Petrus aſcendebat ad horam orationis nonam, vt videre eſt pluries precipue act. 3. & 10.[h]

e *Aug. epiſt. 119 cap. 18.*
pſal. 118.
Alcuinus in pſal. 1.8.
act. 3. & 10.

Sed percurramus ſingula poſt Chriſtum ſæcula, vt ex hac veritate ſic practicata magis clericorum excitetur affectus.

Ex Apoſtolicis traditionibus orationes habedas eſſe imponitur mane, horis tertia ſexta nona, & Veſpere, & ad Galli cantum, mane

pro grariarum actione, eo quod Deus nocte ſublata nos illuminauit, hora tertia, quia tunc Pilatus iudicium aduerſus dominum pronunciauit, ſexta, quia tunc Crucifixus eſt Dominus, nona quod tunc tremefacta ſunt omnia; Veſpere, quod noctem dederit ad requieſcendum à laboribus diurnis, ad Galli cantum, quia hęc hora nuntiat aduentum diei ad opera lucis facienda Clem. [a]

a Clem. lib 8. cap, 34.

In ſecundo ſæculo, qui eſt annus ducenteſimus hoc teſtati ſunt Clem.[b] Alexandrin. & Origen.[d]

b Clem. Alex. lib. 7 ſtrom
c Origen. lib. 3. in Ioo.

Tertio ſæculo, qui eſt annus treceteſimus ſynodus Nicęna his verbis in omnibus horis diurnis, atque nocturnis in principio, ac fine orationis fiat memoria Epiſcopi, & oretur pro eius ſalute, & vt in oratione eius adiuuetur populus ſyn. Nic. 1.[e] & Concilium Laodicenum precipit ſemper ſupplicationes orationum, & in nonas, & in Veſperas Concil. Lodicenum, Hyeron. & Ambroſ.

e Nic. 1. can. arab. 64.

Laodicen. can. 18 epiſt: 22. ad euſtoch. & 27. in pſalm. 64. 115 117. & ad cap. vt ſextum Daniel.

Quarto ſęculo, Cœleſtinus primus eſtad - ducendus, qui in officio pſalmos, antiphonis inter hoc teſtatus eſt etiam poſuit Auguſtinus nullus exemptus ſit ab officijs dictis, & horis, niſi ipſum infirmitas, aut publica vtilitas, aut ſorte grandis, & certa neceſſitas te-

nuerit

nuerit occupatum ita docuit Auguſtinus. [a]

Quinto ſeculo, qui eſt annus quingenteſimus Concilium Agatenſe; ſtudendum, inquit eſt, vt poſt antiphonas, collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus omnibus, & concluſione matutinarum, & Veſpertinarum, & miſſarum poſt hymnos Capitella de pſalmis dicantur. & plebs collecta oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur Agatenſe ſecundum [a] Gerúdensẽ, & Arelatenſe 3. [b]

Hoc ſæculo floruit Pelagius, qui officij formulam recta methodo deffiniuit, & eodem ſæculo anno nonageſimo Gregorius Papa, qui officium eccleſiaſticum ordinauit.

Sexto ſæculo anno nimirum ſexcenteſimo, Toletanum quartum diuerſos ritus, qui per hiſpaniam, atque Galliciam irrepſerant in m iſſi, ac veſperis aboleuit, vnus ordo, inquit pſallendi per omnem hiſpaniam, atque Galliciem conſeruetur, vnus modus in miſſarum ſollemnitatibus vnus in veſpertinis officijs hoc enim antiqui canones decreuerunt, vt vnaquæque prouincia, & pſallendi, & miniſtrandi parem conſuetudinem teneat. Tolet. 4. [c]

[a] ſer. 55. de tempore, & 9. confeſſ. cap. 6. & 7.

[b] Concil. Agat: can. 21. Gerundenſe c. 10 Areletenſ. c. 14.

[c] Tolet. 4. c 2.

Septimo ſæculo, anno ſcil. 700. ſynodus Trullenſis,[a] & de iſtis horis meminit Alcuinus[b] loc. cit.

Octauo ſæculo, concilium Cabilonenſe[c] imponens ſanctimonialibus recitationẽ iſtarum horarum Cabilon.[c] & etiam Aquiſgranenſe.

Nono ſęculo, ab aliquibus ſcribitur Theophilatus,[d]

Alij vero ad annũ milleſimũ ipſum referunt volentes, quod ab anno 900. vſque ad milleſimum fuerit ſęculum ſatis obſcurum, ita inquit Bellarminus de ſcriptor. eccl.

Decimo ſeculo, anno ſcil. milleſimo de hac re meminit. Petrus Damian.[d] dicens, antiquam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem Damianus Euth.[e]

Vndecimo ſæculo, hoc eſt anno milleſimo ac centeſimo primo, fuerunt Euthimius,[f] & Bernardus,[g] & iſte prædictam eccleſię conſuetudinem eſſe confirmat, qui ita exactam iſtarum horarum deuotionem oſtendit, vt in vno ſermone dicat[h] iam campanam audiuimus, iam veſpertinæ tempus orationis aduenit &c. Bernard.

Duodecimo ſæculo, Innoc. 3.[i] S. Thom.[l] & Durandus,[m] qui aſſignat rationem, quare

horæ

a can. 4.
b Alcuin. pſ. 118
c Cabil. cap. 59.
d Theoph. ad caput ſex matt.
e Damian. epiſt. 13.
f Euth in pſ. 118
g Bernardus in vita Malach. c. 4
h ſer. 30. quomodo malum cooperetur in bonum
i Innoc 3. parte in 7 pſal pœnit.
l D. Thom. de off. ſacerd c. 1.
m Durandus in rationali diuinorum offic. lib. 5. cap. 1.

horę canonicę nuncupentur, dicens vocari canonicas quaſi regulares, quia ſcil. regulariter à Sanctis Patribus obſeruatæ ſunt, & hic eſt annus milleſimus, centeſimus ſecundus, ſiue ducenteſimus.

Decimotertio ſæculo hoc eſt anno milleſimo, ac trecenteſimo Clemens Quintus cum relaxatum videret hoc clericale tributum ab eccleſijs hęc edidit præcepta, ne tranſgreſſiones inualeſcant presbyterorum, qui traſcurrendo ſincopando, extranea, ac prophana intermiſcendo tarde ad chorum veniendo, ante finem officij exeundo frequenter canes venaticos ſecum ferendo, ſine corona, veſtibus diuina celebrare, vel diuinis intereſſe præſumunt. Nos ſacri approbatione Concilij hoc fieri prohibentes Sancimus, vt in Cathedralibus Regularibus, ac collegiatis eccleſiis horis debitis deuote diuinum officium diurnum, ac nocturnum perſoluatur. Clem. V. [a]

Quartodecimo ſæculo, hoc eſt anno milleſimo, quadringenteſimo Sanctus Laurentius Iuſtinianus. [b]

Quintodecimo ſæculo, anno ſcil. milleſimo, quingenteſimo Concilium Lateran. qui beneficium habet cum cura, vel ſine cura ſi

[a] *Clem. V extr. de celeb. miſſa. ū, & aliis diuin. offic.*

[b] *Lauren de diſciplina, & perfect. monaſtica conuerſationis, cap. 17.*

poſt ſex menſes ab obtento beneficio dictum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante beneficiorum fructus nō faciat, quod ſi vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, pręcedente monitione legitima, ipſo beneficio priuetur cum propter officium detur beneficium [a] Later.

Et quoniam diuerſimode recitabatur á pluribus dictum officium, partim mutilatum, partim commutatum, & vno ore non laudabatur Dominus propterea Pius reformauit hoc ſęculo breuiarium iuxta methodum, quá modo ſequitur eccleſia Pius V. [b]

Anno 1602. hoc eſt ſęculo ſextodecimo id ipſum confirmauit Clem. 8. [c]

Et noſtro tempore anno 1631. Vrbanus Papa 8. vt eccleſiaſtica pſalmodia qua in terris imitamur cęlum eſſet cum illa triumphantis eccleſię conformis nonnullos hymnos iam ante rugoſos expoliuit corrigauit, decorauit, vnde dici nunc poteſt de eá ſicut de ſponſa tota plura es & macula non eſt in te Cant. [d]

Caueant ergo, ſi ſinguli ne alios hymnos quos Apoſtolica authoritas in Romano Breuiario præſcripſit audeant quocumque modo commutare.

a ſeſſ.3. can. 9

b Bulla quod à nobis poſtulat ra. t. o paſtoralis offic ij.

c Clemens in bulla, dum in eccleſia.

d Vrbanus PP. 8. bulla ad perpetuum rei mem.

d Cant.

Cum igitur tam antiqua ſit conſuetudo recitandi horas canonicas,& ad hæc vſq; tempora continuauerit, cum Pontifices, ac PP. tanto inſudauerint, vt diuinæ laudes ritę celebrarenrur, quilibet ſancta pietate, ad hoc officium perſoluendum accendi debet, & hæreticorum deteſtari perfidiam, qui illud, vel nouum inuentum, vel irriſione dignum auſu temerario exiſtimare non dubitarunt; interim nos quæ circa officij huius recitationem ſunt obſeruāda ſequenti decretis exponemus.

CAPVT XIV.

De obſeruandis circa diuinum officium.

SCiant primo, quod omnes clerici in ſacris conſtituti ſub mortalis criminis pœna tenentur ad horas canonicas perſoluendas, c.dolentes.[a]

a dolent. ſ de celebrat: miſſ.

2 Beneficiati quoq; eadem obligatione cenſentur obſtricti etiam ſi non eſſent in ſacris diſt 42.[b]

b diſt. 42. can. ſin.

3 Et hoc ſub pœna reſtitutionis fructuum, Later. vlt.[c]

c Lat. vl. ſeſſ 9

4 Qui totum officium vnius diei ommittit omnes fructus illius diei reſtituat, qui totum matutinum, vel reliquas horas dimidium, qui vnam paruam horam ſextam partem. Pius Quintus.[d]

d Pius in bulla edita an. 1571.

5 Canonici recitent in choro officium; & ſciant canonici cathedralis Vmbriaticenſis ſe ad hoc ſpeciali decreto Congregationis mihi exhibito eſſe deſtinatos Congr. Epiſc.[e]

e Congr. Epiſc. mihi an. 1652.

Cle-

6 Clerici ſtipendiati Terrarum, ac pagorum diebus feſtis eccleſiæ interſint admiſſam Conuentualem, ac Veſperas, ita Synodus Vmbriaticenſis dioceſis.[a]

7 Qui obſtricti ſunt ſeruitio alicuius eccleſiæ tamquam de gremio illius non tamen choro obligati, & quicumque alij Clerici ſæculares in dioceſi commorantes non tenentur recitare officia propria Sanctorum illius dioceſis, vel quæ de conſuetudine in eadem eccleſia recitantur; in Choro Cong.[b]

8 Non fiat officium de Sancto Canonizato extra propriam eccleſiam abſque nouo decreto Sacrę Rituum Congregationis.[c]

9 Non eſt relinquendũ officium breuiarij, quod ſit debitum pro officio deuotionis Cõgregat. Rituum.[d]

10 Officium paruum Beatę Virginis eſt dicẽdum in Choro etiam in ſemiduplici, & Dominicis ſi adſit conſuetudo Cong.[e]

11 Officium B.Virginis tempore paſchali non requirit alleluia, quę adduntur in officio diuino Cong.[f]

12 Præter feſtũ dedicationis eccleſiæ propriæ celebretur anniuerſaria dies dedicationis eccleſiæ Cathedralis in Ciuitate quidem cum octaua, in dioceſi adſq. octaua Cong. Rit[g]

a Synodus præterit.

b Die 8. Septẽbris 1602.

c 9. Decembris. 1628.

d 29. Nouemb r. 1603.

e 17 Sept. 16 07

f 28. Mar. 1626.

g 2 Maij 1616

13 Moniales non mutent Confiteor dicendo tibi mater vobis ſororibus Cong. Rit. [h]

h 18. Auguſt. 1629.

CAPVT XV.

De Sacramento Matrimonij.

QVoniam docuit Apoſtolus innouiſſimis temporibus multos a fide apoſtaticos fore qui cauteriatam habentes conſcientiam nubere prohibebunt matrimonij ſacramentum, vel non eſſe a Deo blaſphemantes, vt Magi Simonis ſectatores, vel quod peius eſt a Diabolo inſtitutum, vt Seuerus [a] Saturninus [b] Hydroparaſtæ, [c] ac Tatianus. [d] Siue impudicitiæ negotiũ auſu temerario diabolique proſtibulũ, appellantes, vt Marcionitæ, [e] vel cum Origeniſtis [f] Manichæis, [g] Euſtatianis, [h] Armenis, [i] Bogomilis, [l] Apoſtolicis, [m] Albigenſibus [n] ac Luteranis [o] illud tamquam hominum figmentum mentientes, & ad tempora Gregorij ſacramentum, & non antea cognitum, vt Caluinus [p] huius ſacramenti antiquitatem

a Irenæus l. 1. cap. 12.
c Nicetas lib. 4 Orthod fid. hæreſi 17.
d Ephiphan. de Tatiano.
e Tertullian. li. 1. con Marcionem.
f Epiph. hæreſi 67.
g Auguſt. de hæreſibus Manichæorum.
h Concilium Granatenſe.
i Alphonſus Zamerenſis cap. de matrim.
l Euthimius panopl p. 2.
m Bern. ſermo. 66. n cant.
n Anton. par. 4. tit. 11. c. 7. §. 5.
o de captiu. babyl. cap. de matr.
a lib. 4 inſtit. c 19. §. 24.

digni-

dignitatem, & quæ ipſum concernunt clare, ſed breuiter, & percurrendo cum hoc non ſit huius loci munus demonſtrabimus.

Et quidem quo ad antiquitatem in lege veteri Gen. 2. habetur præceptum Domini, quod homo patrem, & matrem relinquat, & vxori ſuæ adhereat, quod eſt dicere.

Ad mundi natiuitatem coortum eſſe matrimonium, & in nouo teſtamento multa loca habemus · Matth, 19. Marci 10 2. Corinth, 7, Eph. 5. 1. Timoth. 4 Act. 4. & 5. & ad heb. 13 Clem. Rom. Concil. Grangenſe[b] anno 324 & Tertullian. qui ante Gregorium multum fuerat, matrimonij antiquitatem habemus.

a Ioh.2.

b Concil Grang. can.1. Clemen. can.apoſt 5

De eius dignitate habetur dictum Apoſtoli, quod ſacramentum eſt, & eius Encomia celebrat Nazianzenus, quæ tamen cum hæc ſit Synodus, & non hiſtoria eſſe a nobis pretereunda exiſtimauimus, & ſolum quæ ſpectant de ſacramento matrimonij vobis exponere, & præcipere in ſeriem hanc adducta.

c Nazian. carm. d de Virgine.

Eſt ergo matrimonium verum Eccleſiæ ſacramentum[e] Lucius 3. & Concil. Florent.[f]

A Chriſto Domino Inſtitutum, & non inuentum ab hominibus. Trid.

e Lucius 3. in cap. ad abolendam de hæreticis.

Sic autẽ eius exponitur quidditas Matrimoniũ eſt ſacramentũ conſiſtens in coniũctione

f Florent. de Sac matrim.

g Trid. can. 1 de matrim.

maritali inter viri, & vxoris legitimas perſonas indiuiduam vitę conſuetudinem retinens Lateranenſe.[a]

Eius materia, & forma ſunt conſenſus contrahentium ad inuicem relati.

1 Ordinamus debet matrimonium celebrari coram Paroco,& duobus, vel tribus teſtibus præſentibus, & præcedant denunciationes inEccleſia, vt impedimenta quæ latent detegantur. Trid. [b]

2 Præcedant matrimonium ter denunciationes tribus diebus feſtiuis inter miſſarum ſolemnia, denunciando inter quos matrimoniumcontrahendum vt videatur ſi impedimentum aliquod obſtat. Later. [c]

3 Si matrimonium contrahatur inter duos de diuerſis Parochijs,debent in ambabus fieri denunciationes, & quando contrahendum eſt, matrimonium inter ipſos ſatis fuerit ſi contrahatur coram Paroco proprio mulieris,vel viri Sacr.Congreg.[d]

4 Contradictiones matrimoniorum iam publicatorum, in ſcriptis ſi matrimonium cōtrahaturrecipiantur,& cum contradicentis ſub ſcriptione, vel ſi is ſcribere ignoret coram duobus teſtibus. Cong. [e]

5 Qui per actis denunciationibus intra qua

a Lateran. de mat.im.

b Trid. de refor. matim.c p.

c Later. ſub Innoc.3.can.1.

d Sac Cong.Congreg Concil.Trideat.ſub Pio V. apud Nau,c.25. num.144.

e Dong.Archiepiſc.Coſeutino 2 Auguſti 1594.

tuor

tuor menſes non contraxerint, non contrahant niſi nouiter peractis denunciationibus Concil. Rauen. & Cong. a

6 Etiamſi Parocus inuitus inter fuerit matrimonio, & alia de cauſa fuerit à contrahentibus accerſitus dummodo tamen ad actum matrimonij fuerit preſens verum matrimonium cenſendum eſt. Cong. Concil. b

7 Si matrimonium fiat coram ſacerdote, qui non ſit Parocus contrahentium, ſed alienus, nullum eſt, & remanet ſacerdos ſuſpenſus. Tridentinum. c

Secus ſi fuerit deputatus a proprio Paroco Cong. Concil. d

Si contrahentes contrahere vellent coram Paroco alieno quia ſuus erat hęreticus, vel profugus, debent iterum contrahere Greg. Decimus Tertius.

8 Non coniungantur ſponſi, qui fidei ignorant rudimenta legitima ætate carentes vid. vir. Annorum 14. & mulier. 12. completorum, & qui ſponte non contrahunt. Et ſi magiſtratus quempiam vt matrimonium iniret cogeret excommunicatur per Trid. f

Aduertant parochi quod admonitionibus ac minis debent procedere contra neſcien-

a Concil. Rau. & Cong.

b Cong. Concil. Vliſbonen. 19. Auguſt. 1591.

c Seſſ. 24. c. 1.

d Cong. Conc.

d Greg. XIII. ex ſentent. Congregationis.

e Trid. ſeſſ. 24. cap 9.

f Trid. loc. cit.

CAPVT XII.

De Sacerdotibus.

SAcerdotij gradus poſt epiſcopatum digniorem ſibi in eccleſia vindicat ſedem, & honor ſacerdoti exhibenbendus eſt plurimus; & ſi enim eiuſdem pręrogatiue nobiſcum non ſint, vt fallebantur Ærius [a] Marſilius, Patauinus, [b] & Armacanus, [c] ſuperiores tamen ex iſtunt cæteris, quidquid delirio blaſphemauerit Luter [d] omnes chriſtianos indifferenter ſacerdotes agnoſcens omni ergo veneratione cenſentur digni Clem. [e] Greg. Mag. [f] Concil. [g] Triburienſe. [h]

Debent presbyteri tanta ſcientia pollere, quanta requiritur ad populum edocendum ea quę ad ſalutem ſunt neceſſaria, ac ad ſacramentorum adminiſtrationem. Tridentinum. [i]

Sint noſtri ſacerdotes irreprehenſibiles nec vllo contagio fornicationis polluti, ſed mundos ſe ipſos per ſacramentorum adminiſtra-

a apud epiph.
b apud Bernard. Lutzemburg.
c cap. 5. in lib. 11 de quaſt. Arm.
d de captiuit babyloni. cap. de ordine.
e conſtit. Apoſtolicis lib. 2. cap. 28.
f Greg. lib. 4. epiſtola 31 ad Mauritium Auguſt.
g Triburienſe, cap. 4.
i Trid de ſacramento ordinis.

tionem

tionem exhibeant Toletanum Quartum. [a] *a Tolet.4. c.20.*

Eorum munus eſt ſacramentum Corporis, & ſanguinis Domini conficere Lat. [b] *b Lat. cap. 1.*

Nullus abſque noſtris litteris commendatitijs poteſt celebrare. Trid. [c] *c Trid. ſeſſ.23. cap.16.*

Viuant caſte, & caute, caſte ne contaminent vnctionem, caute ne alios per exemplum corrumpat Innoc. tertius. [d] *d Innoc.3. ſer. de conſec.*

CAPVT XIII.

De Horis Canonicis.

CLericus ſtatim, ac ſacris ordinibus eſt aſcriptus horas canonicas de prę-cepto diebus ſingulis recitare tenetur, & licet Luter, [a] Thaboritæ, [b] Melanton, [c] Magdeburgenſes, [d] Caluinus, [e] & alij canonicas horas blaſphemauerint, & inuentum Pelagij Papæ, quidam ex iſtis dixerit attamen antiquitatem horarum, ac dignitatem non ad horum impugnationem cum hæc ſit ſynodus non controuerſia, vt ſæpe dictum eſt, ſed ad inflammãdum magis clericorum animos ſingula percurrentes ſæcula demonſtrabimus.

a Luter. aduerſ. Cath.
b Thabor. apud Aeneam. Syluiũ hiſt. boem. cap. 25
c Melanton. in locis communibus.
d Magdeburg. cent. 6. cap 10.
e Caluin. iſtit.

Et quamuix veritas ſit, quod Pelagius, ac Gregorius primi officio formam dederint, vt Pius V [f] nos docet cantus tamẽ eccleſiaſticos, & horas licet non ſub pręſcripta ab illis forma ſemper habuimus de cantibus eccleſiaſticis

f Pius in bulla quæ eſt in breuiar.

horum

horum in Deut.[a] Scribite vobis canticum iſtud, & memoriter habeant filij Iſrael, & ore decantent,& apud Eſdram [b] legerunt in volumine legis domini Dei ſui quater in die, & quater cofitebantur, & adorabant Dominum, non igitur irridetur Deus eccleſiaſticis cantibus, ſed irridendi ſunt Paulus Samoſa[c] tenus, donatiſtæ, & Petrobuſiani, [d] qui huiuſmodi irriſionem æſtimarunt.

a Deut. 31, 19.
b Eſdra 9.
c Euſeb. lib. 7. cap. 24.
d Petrus Cluniacen. epiſt. 1.

De horis canonicis Dauid [e] pſalmiſta nos edocuit illis verbis ſepties in die laudem dixi tibi vnde Alcuinus [f] ponderans præfata verba aſſerit, ſi hunc numerum ad litteram aduertimus ſeptem ſignificat voces, quibus ſe monachorum pia deuotio conſolatur, ideſt, matutinum, tertiam, ſextam, nonam lucernariam, Completorium, Nocturnum, Alcuinus, [g] & in actibus apoſtolicis ſæpe referuntur horæ prædictæ cum dicitur, quod Petrus aſcendebat ad horam orationis nonam, vt videre eſt pluries precipue act. 3. & 10. [h]

e Aug. epiſt. 119 cap. 18. pſal. 118.
Alcuinus in pſal. 118.
act. 3. & 10.

Sed percurramus ſingula poſt Chriſtum ſæcula, vt ex hac veritate ſic practicata magis clericorum excitetur affectus.

Ex Apoſtolicis traditionibus orationes habedas eſſe imponitur mane, horis tertia ſexta, nona, & Veſpere, & ad Galli cantum, mane

pro grariarum actione, eo quod Deus nocte ſublata nos illuminauit, hora tertia, quia tunc Pilatus iudicium aduerſus dominum pronunciauit, ſexta, quia tunc Crucifixus eſt Dominus, nona quod tunc tremefacta ſunt omnia; Veſpere, quod noctem dederit ad requieſcendum à laboribus diurnis, ad Galli cantum, quia hęc hora nuntiat aduentum diei ad opera lucis facienda Clem. [a]

a Clem. lib 8. cap. 34.

In ſecundo ſæculo, qui eſt annus ducenteſimus hoc teſtati ſunt Clem. [b] Alexandrin. & Origen. [d]

b Clem. Alex. lib. 7 ſtrom
c Origen. lib. 3. in Ioo.

Tertio ſæculo, qui eſt annus trecenteſimus ſynodus Nicęna his verbis in omnibus horis diurnis, atque nocturnis in principio, ac fine orationis fiat memoria Epiſcopi, & oretur pro eius ſalute, & vt in oratione eius adiuuetur populus ſyn. Nic. 1. [e] & Concilium Laodicenum precipit ſemper ſupplicationes orationum, & in nonas, & in Veſperas Concil. Lodicenum, Hyeron. & Ambroſ.

e Nic. 1. can. arab. 64.

Laodicen. can. 18 epiſt. 22. ad euſtoch. & 27. in pſalm. 64. 115 117. & ad cap. vt ſextum Daniel.

Quarto ſęculo, Cœleſtinus primus eſtad - ducendus, qui in officio pſalmos, antiphonis inter hoc teſtatus eſt etiam poſuit Auguſtinus nullus exemptus ſit ab officijs dictis, & horis, niſi ipſum infirmitas, aut publica vtilitas, aut forte grandis, & certa neceſſitas te-

nuerit

nuerit occupatum ita docuit Auguſtinus. [a]

Quinto ſeculo, qui eſt annus quingenteſimus Concilium Agatenſe; ſtudendum, inquit eſt, vt poſt antiphonas, collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus omnibus, & concluſione matutinarum, & Veſpertinarum, & miſſarum poſt hymnos Capitella de pſalmis dicantur. & plebs collecta oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur Agatenſe ſecundum [a] Gerũdensẽ, & Arelatenſe 3. [b]

Hoc ſæculo floruit Pelagius, qui officij formulam recta methodo deffiniuit, & eodem ſæculo anno nonageſimo Gregorius Papa, qui officium eccleſiaſticum ordinauit.

Sexto ſæculo anno nimirum ſexcenteſimo, Toletanum quartum diuerſos ritus, qui per hiſpaniam, atque Galliciam irrepſerant in m iſſi, ac veſperis aboleuit, vnus ordo, inquit pſallendi per omnem hiſpaniam, atque Galliciem conſeruetur, vnus modus in miſſarum ſollemnitatibus vnus in veſpertinis officijs hoc enim antiqui canones decreuerunt, vt vnaquæque prouincia, & pſallendi, & miniſtrandi parem conſuetudinem teneat. Tolet. 4. [c]

a ſer. 55. de tempore, & 9. confeſſ. cap. 6. & 7.

b Concil. Agat. can. 21. Gerundenſe c. 10. Areletenſ. c. 14.

c Tolet. 4. c. 2.

Septimo ſæculo, anno ſcil. 700. ſynodus Trullenſis,[a] & de iſtis horis meminit Alcuinus[b] loc. cit.

Octauo ſæculo, concilium Cabilonenſe[c] imponens ſanctimonialibus recitationẽ iſtarum horarum Cabilon.[c] & etiam Aquiſgranenſe.

Nono ſęculo, ab aliquibus ſcribitur Theophilatus,[d]

Alij vero ad annũ milleſimũ ipſum referunt volentes, quod ab anno 900. vſque ad milleſimum fuerit ſęculum ſatis obſcurum, ita inquit Bellarminus de ſcriptor. eccl.

Decimo ſeculo, anno ſcil. milleſimo de hac re meminit. Petrus Damian.[d] dicens, antiquam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem Damianus Euth.[e]

Vndecimo ſæculo, hoc eſt anno milleſimo ac centeſimo primo, fuerunt Euthimius,[f] & Bernardus,[g] & iſte prædictam eccleſię conſuetudinem eſſe confirmat, qui ita exactam iſtarum horarum deuotionem oſtendit, vt in vno ſermone dicat[h] iam campanam audiuimus, iam veſpertinæ tempus orationis aduenit &c. Bernard.

Duodecimo ſæculo, Innoc. 3.[i] S. Thom.[l] & Durandus,[m] qui aſſignat rationem, quare

horæ

a can. 4.

b Alcuin. pſ. 118

c Cabil. cap. 59.

d Theoph. ad caput ſex matt.

e Damian. epiſt. 13.

f Euth in pſ. 118

g Bernardus in vita Malach. c. 4

h ſer. 30. quomodo malum cooperetur in bonum

i Innoc 3. parte in 7 pſal pœnit.

l D. Thom. de off. ſacerd c. 1.

m Durandus in rationali diuinorum offic. lib. 5. cap. 1.

horę canonicę nuncupentur, dicens vocari canonicas quaſi regulares, quia ſcil. regulariter à Sanctis Patribus obſeruatæ ſunt, & hic eſt annus milleſimus, centeſimus ſecundus, ſiue ducenteſimus.

Decimotertio ſæculo hoc eſt anno milleſimo, ac trecenteſimo Clemens Quintus cum relaxatum videret hoc clericale tributum ab eccleſijs hęc edidit præcepta, ne tranſgreſſiones inualeſcant presbyterorum, qui traſcurrendo ſincopando, extranea, ac prophana intermiſcendo tarde ad chorum veniendo, ante finem officij exeundo frequenter canes venaticos ſecum ferendo, ſine corona, veſtibus diuina celebrare, vel diuinis intereſſe preſumunt. Nos ſacri approbatione Concilij hoc fieri prohibentes Sancimus, vt in Cathedralibus Regularibus, ac collegiatis eccleſiis horis debitis deuote diuinum officium diurnum, ac nocturnum perſoluatur. Clem. V. [a]

Quartodecimo ſæculo, hoc eſt anno milleſimo, quadringenteſimo Sanctus Laurentius Iuſtinianus. [b]

Quintodecimo ſæculo, anno ſcil. milleſimo, quingenteſimo Concilium Lateran. qui beneficium habet cum cura, vel ſine cura ſi

poſt

a Clem. V extr. de celeb. miſſa. iis, & alijs diuin. offic.

b Lauren de diſciplina, & perfect. monaſticæ conuerſationis, cap. 17.

poſt ſex menſes ab obtento beneficio dictum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante beneficiorum fructus nõ faciat, quod ſi vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, pręcedente monitione legitima, ipſo beneficio priuetur cum propter officium detur beneficium [a] Later.

a ſeſſ. 8. can. 9

Et quoniam diuerſimode recitabatur á pluribus dictum officium, partim mutilatum, partim commutatum, & vno ore non laudabatur Dominus propterea Pius reformauit hoc ſęculo breuiarium iuxta methodum, quã modo ſequitur eccleſia Pius V. [b]

Anno 1602. hoc eſt ſęculo ſextodecimo id ipſum confirmauit Clem. 8. [c]

Et noſtro tempore anno 1631. Vrbanus Papa 8. vt eccleſiaſtica pſalmodia qua in terris imitamur cęlum eſſet cum illa triumphantis eccleſię conformis nonnullos hymnos iam ante rugoſos expoliuit corrigauit, decorauit, vnde dici nunc poteſt de éa ſicut de ſponſa tota plura es & macula non eſt in te Cant. [d]

b Bulla quod à nobis poſtulat ra. t. o paſtoralis officij.
c Clemens in bulla, dum in eccleſia.
d Vrbanus PP. 8. bulla ad perpetuam rei mem.
d Cant.

Caueant ergo, ſi ſinguli ne alios hymnos quos Apoſtolica authoritas in Romano Breuiario præſcripſit audeant quocumque modo commutare.

Cum igitur tam antiqua ſit conſuetudo recitandi horas canonicas,& ad hæc vſq; tempora continuauerit, cum Pontifices, ac PP. tanto inſudauerint, vt diuinæ laudes ritę celebrarenrur, quilibet ſancta pietate, ad hoc officium perſoluendum accendi debet, & hæreticorum deteſtari perfidiam, qui illud, vel nouum inuentum, vel irriſione dignum auſu temerario exiſtimare non dubitarunt; interim nos quæ circa officij huius recitationem ſunt obſeruāda ſequenti decretis exponemus.

CAPVT XIV.

De obſeruandis circa diuinum officium.

SCiant primo, quod omnes clerici in ſacris conſtituti ſub mortalis criminis pœna tenentur ad horas canonicas perſoluendas, c.dolentes.[a]

2 Beneficiati quoq; eadem obligatione cenſentur obſtricti etiam ſi non eſſent in ſacris diſt 42.[b]

3 Et hoc ſub pœna reſtitutionis fructuum, Later. vlt.[c]

4 Qui totum officium vnius diei ommittit omnes fructus illius diei reſtituat, qui totum matutinum, vel reliquas horas dimidium, qui vnam paruam horam ſextam partem. Pius Quintus.[d]

5 Canonici recitent in choro officium; & ſciant canonici cathedralis Vmbriaticenſis ſe ad hoc ſpeciali decreto Congregationis mihi exhibito eſſe deſtinatos Congr. Epiſc.[e]

a dolent. ſ de celebrat. miſſ.

b diſt. 42. can. ſin.

c Lat. vl. ſeſſ 9

d Pius in bulla edita an. 1571.

e Congr. Epiſc. mihi an. 1652.

6 Clerici ſtipendiati Terrarum, ac pagorum diebus feſtis eccleſiæ interſint admiſſam Conuentualem, ac Veſperas, ita Synodus Vmbriaticenſis diœceſis.[a]

7 Qui obſtricti ſunt ſeruitio alicuius eccleſiæ tamquam de gremio illius non tamen choro obligati, & quicumque alij Clerici ſæculares in diœceſi commorantes non tenentur recitare officia propria Sanctorum illius diœceſis, vel quæ de conſuetudine in eadem eccleſia recitantur; in Choro Cong.[b]

8 Non fiat officium de Sancto Canonizato extra propriam eccleſiam abſque nouo decreto Sacræ Rituum Congregationis.[c]

9 Non eſt relinquendũ officium breuiarij, quod ſit debitum pro officio deuotionis Cõgregat. Rituum.[d]

10 Officium paruum Beatæ Virginis eſt dicẽdum in Choro etiam in ſemiduplici, & Dominicis ſi adſit conſuetudo Cong.[e]

11 Officium B.Virginis tempore paſchali non requirit alleluia, quæ adduntur in officio diuino Cong.[f]

12 Præter feſtũ dedicationis eccleſiæ propriæ celebretur anniuerſaria dies dedicationis eccleſiæ Cathedralis in Ciuitate quidem cum octaua, in diœceſi adſq. octaua Cong. Rit[g]

a Synodus præterit.

b Die 8. Septembris 1602.

c 9. Decembris, 1628.

d 29. Nouembr. 1603.

e 17 Sept. 1607

f 28. Mar. 1616.

g 2 Maij 1616

h 18. Auguſt. 1629.

13 Moniales non mutent Confiteor dicendo tibi mater vobis ſororibus Cong. Rit.[h]

CAPVT XV.

De Sacramento Matrimonij.

QVoniam docuit Apoſtolus innouiſſimis temporibus multos a fide apoſtaticos fore qui cauteriatam habentes conſcientiam nubere prohibebunt matrimonij ſacramentum, vel non eſſe a Deó blaſphemantes, vt Magi Simonis ſectatores, vel quod peius eſt a Diabolo inſtitutum, vt Seuerus[a] Saturninus[b] Hydroparaſtæ,[c] ac Tatianus.[d] Siue impudicitiæ negotiū auſu temerario diabolique proſtibulū, appellantes, vt Marcionitæ,[e] vel cum Origeniſtis[f] Manichæis,[g] Euſtatianis,[h] Armenis,[i] Bogomilis,[l] Apoſtolicis,[m] Albigenſibus[n] ac Luteranis[o] illud tamquam hominum figmentum mentientes, & ad tempora Gregorij ſacramentum, & non antea cognitum, vt Caluinus[p] huius ſacramenti antiquitatem

a Irenæus l. 1. cap. 12.
c Nicetas lib. 4 Orthod. fid. hæreſi 17.
d Ephiphan. de Tatiano.
e Tertullian. li. 1. con Marcionem.
f Epiph. hæreſi 67.
g Auguſt. de hæreſibus Manichaeorum.
h Concilium Granatenſe.
i Alphonſus Zamerenſis cap. de matrim.
l Euthimius panopl p. 2.
m Bern. ſermo. 66. n cant.
n Anton. par. 4. tit. 11. c. 7. §. 5.
o de captiu. babyl. cap. de matr.
p lib. 4 inſtit. c 19. §. 24.

dignitatem, & quæ ipſum concernunt clare, ſed breuiter, & percurrendo cum hoc non ſit huius loci munus demonſtrabimus.

Et quidem quo ad antiquitatem in lege veteri Gen. 2. habetur præceptum Domini, quod homo patrem, & matrem relinquat, & vxori ſuæ adhereat, quod eſt dicere.

Ad mundi natiuitatem coortum eſſe matrimonium, & in nouo teſtamento multa loca habemus · Math. 19. Marci 10 2· Corinth. 7, Eph. 5. 1. Timoth. 4 Act· 4. & 5. & ad heb. 13 Clem. Rom. Concil. Grangenſe [b] anno 324 & Tertullian· qui ante Gregorium multum fuerat, matrimonij antiquitatem habemus.

De eius dignitate habetur dictum Apoſtoli, quod ſacramentum eſt, & eius Encomia celebrat Nazianzenus, quæ tamen cum hæc ſit Synodus, & non hiſtoria eſſe a nobis prętereunda exiſtimauimus, & ſolum quæ ſpectant de ſacramento matrimonij vobis exponere, & præcipere in ſeriem hanc adducta.

Eſt ergo matrimonium verum Eccleſiæ ſacramentum [e] Lucius 3 · & Concil. Florent. [f]

A Chriſto Domino Inſtitutum, & non inuentum ab hominibus. Trid.

Sic autẽ eius exponitur quidditas Matrimoniũ eſt ſacramentũ conſiſtens in coniũctione

a Ioh. 2.

b Concil Grang. can. 1. Clemen. can. apoſt 5

c Nazian. carm. d de Virgine.

e Lucius 3. in cap. ad abolendam de hæreticis.

f Florent. de Sac matrim.

g Trid. can 1 de matrim.

Aa 2 mari-

maritali inter viri, & vxoris legitimas perſonas indiuiduam vitę conſuetudinem retinens Lateranenſe.[a]

Eius materia, & forma ſunt conſenſus contrahentium ad inuicem relati.

1 Ordinamus debet matrimonium celebrari coram Paroco,& duobus, vel tribus teſtibus præſentibus, & præcedant denunciationes inEccleſia, vt impedimenta quæ latent detegantur. Trid. [b]

2 Præcedant matrimonium ter denunciationes tribus diebus feſtiuis inter miſſarum ſolemnia, denunciando inter quos matrimoniumcontrahendum vt videatur ſi impedimentum aliquod obſtat. Later. [c]

3 Si matrimonium contrahatur inter duos de diuerſis Parochijs,debent in ambabus fieri denunciationes, & quando contrahendum eſt, matrimonium inter ipſos ſatis fuerit ſi contrahatur coram Paroco proprio mulieris,vel viri Sacr.Congreg. [d]

4 Contradictiones matrimoniorum iam publicatorum, in ſcriptis ſi matrimonium cõtrahaturrecipiantur,& cum contradicentis ſub ſcriptione, vel ſi is ſcribere ignoret coram duobus teſtibus. Cong. [e]

5 Qui per actis denunciationibus intra qua

tuor

a Lateran. de mat.im.

b Trid. de refor. matim. c 5.

c Later. ſub Innoc. 3. can. 1.

d Sac Cong. Congreg Concil. Trident. ſub Pio V. apud Nau, c. 25. num. 144.

e Dong. Archiepiſc. Coſentino 2 Auguſti 1594.

tuor menſes non contraxerint, non contrahant niſi nouiter peractis denunciationibus Concil. Rauen. & Cong. a

a Concil. Rau & Cong.

6 Etiamſi Parocus inuitus inter fuerit matrimonio, & alia de cauſa fuerit à contrahentibus accerſitus dummodo tamen ad actum matrimonij fuerit preſens verum matrimonium cenſendum eſt. Cong. Concil. b

b Cong. Concil. Vlisbonen. 19. Auguſt. 1591.

7 Si matrimonium fiat coram ſacerdote, qui non ſit Parocus contrahentium, ſed alienus, nullum eſt, & remanet ſacerdos ſuſpenſus. Tridentinum. c

c Seſſ. 24. c. 1.

Secus ſi fuerit deputatus a proprio Paroco Cong. Concil. d

d Cong. Conc.

Si contrahentes contrahere vellent coram Paroco alieno quia ſuus erat hereticus, vel profugus, debent iterum contrahere Greg. Decimus Tertius.

d Greg. XIII. ex ſentent: a Congregationis.

8 Non coniungantur ſponſi, qui fidei ignorant rudimenta legitima ætate carentes vid. vir. Annorum 14. & mulier. 12. completorum, & qui ſponte non contrahunt. Et ſi magiſtratus quempiam vt matrimonium iniret cogeret excommunicatur per Trid. f

e Trid. ſeſſ. 24. cap 9.

Aduertant parochi quod admonitionibus ac minis debent procedere contra neſcien-

f Trid. loc cit.

tes

tes Pater noſter Aue Maria, & decalog. non tamen ſi neſciant poſſunt prohiberi ne contrhant. Cong.Epiſc.[f]

11 Sponſi non conhabitent ante ſacerdotis benedictione. Trid.[g]

12 Quod ſi carnalem copulam conſumauerint ante denunciationes, & matrimonium initum per verba de preſenti coram Paroço, & teſtibus pœna infligenda eſt arbitrio noſtro.

Habeat Parocus librum in quo Coniugum & teſtium nomina recenſeat, diemque, & locum matrimonij deſcribat, hortetur autem coniuges, vt triduo ante matrimonij contractum, vel conſumationẽ.[a] Confiteantur & ſacra reficiantur Euchariſtia. Trid.[b]

14 Ab aduentu Domini vſque in diem Epiphanię a feria 4. Cinerum vſque ad octauam Paſchatis ſolemnitates nuptiarum prohibentur Liberius PP.[c] Concil.[d] Laodic.& Trid.[e]

15 Intelligas autem hoc quantum ad conuiuia nuptiarum ſolemnitates, traductiones ad Domum cum Comitatibus ac feſtis. Non prohibentur tamen his temporibus matrimoniorum denuntiationes Cong. Epiſc.[f]

Olim prohibitum fuit Chriſtianis ad nuptias euntibus ſaltare & choreas ducere, ſed

f Cong. epiſc. 5. mart. 1588.

g Trid. loc. cit.

a vt ſupra.

b lib. dec. 2.

c Laod. can 52. Trid. cap. 10.

d Cong. Epiſc. 18. Decembris. 1589.

f Laod. can. 53

ſolum caſte cœnare, & prandere permittebatur Laodicen.[a]

16. Plures vxores ſimul habere prohibitũ eſt à lege Diuina,& oppoſitũ,eſt hæreticũ. Trid. Vnde non poteſt hodie teneri, non eſſe Ius aliquod Diuinum, nec naturale de vnitate vxoris eſto poligamia ſit illicita.

Huiuſmodi pluralitatem admiſere Baſilides[b] & Capocrates Mahometus[c] Luter. ſuper Geneſ. cap. 16. in æditione libri ſub anno 1535.[d]

Sed audiant omnes iſti Tridentinum. Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege Diuina eſſe prohibitum Anathema ſit. Trid.[e]

18 Et quoniam hiſce partibus Poligamia ſæpe tranſcurrit ideo præcipimus,quod quicumque ſciuerit hoc peccatum, & non reuelauerit, aut etiam qui vt matrimonium impediat aliquid malitioſe finxerit, aut Paroco ſuggeſſerit anathema ſit: & quoniam multi fingunt obijs ſe coniugem, vt ſecundas contrahant doloſas nuptias debet dari certitudo quod obierit coniux, non enim eſt ſatis ſola fama ſine adminiculis, vel abſentia etiam per annos 25. Cong.Conc.[f]

19 Coniuges qui a thoro, ſeu cohabitation[e]

ſe

a *Trid. ſeſſ. 24. can. 3.*

b *apud Irenaũ, lib. 1. cap. 32.*

c *Maomet in Alcorano Azzonara 8.*

d *Luter ſuper Gen. cap. 16 in editione libri ſub anno 1525.*

e *Trid. ſeſſ. 24. can. 1.*

f *Cong. Concil. in Med olan. 18. Sept. 1627.*

ſe ſeparauerint abſque legitima cauſa à nobis cognita,& approbata a ſacramentis Confeſſionis, aut Communionis arceantur, & Parochus ad nos rem referat. Qui verò ex cauſa legitima thori ſeparationem fecerint, non tamen poterunt aliud matrimonium contrahere, cum matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum ſit Florent.[a]

[a] *Florentin. de matrim.*

CAPVT XVI.

De Impedimentis dirimentibus matrimonium.

IMpedimenta dirimentia matrimonium faciendum ac factum tollentia hęc ſunt, quæ his verbis recenſentur.

Error Conditio, votum, Cognatio Crimen
Cultus diſparitas, vis ordo, ligamen honeſtas
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Vt autem Parochi ac omnes noſtræ curæ ſubiecti habeant exactam omnium impedimé-

t orum notitiam cum decretis Pontificum, ac conciliorum ſingula explicabimus.

Error intelligitur circa perſonam v. g. putat quis contrahere cum Antonia, & contrahit cum Franciſca tunc enim nullum eſt matrimonium, ſecus ſi error verſetur circa qualitatem perſonę, puta ſi volens contrahere cum diuite contrahat eum paupere.

Conditio intelligitur, quando qualitas attingit ſtatum libertatis, vel ſeruitutis v. gr. ſi quis contrahat cum Ancilla, quam liberam exiſtimabat.

Votum ſolemne in Profeſſione Religionis, vel in ſuſceptione ordinum ſacrorum dirimit; monachus enim, qui voto emiſſo matrimonium iniret foret excommunicatus. Clem. [a]

Cognatio, & hæc eſt triplex.

Prima, Naturalis & eſt conſanguinitatis, & per lineam rectā conſurgit impedimentū vſque in infinitū per lineam autem tranſuerſalem impedit vſque ad quartum gradum incluſiue. Trid. [b]

Oppoſitum eſt Error Luteri [c] Vviecleſ [d] & Caluini [e]

Secūda, cognatio eſt Spiritualis, quæ cōtrahitur in ſacramentis Baptiſmi, & confirmatio-

a Clem. 1. de conſang. & aff.

b Trid. ſeſſ. 14.

c Luter. de capt. babylon capit. de matrim.

d lib. 4. triadog. cap. 20.

e lib. 4. inſt. c. cap. 19. §. vlt.

nis, & dirimit inter baptizantẽ, & baptizatum, & inter Patrinũ, ac baptizatum, & inter baptizantem, & genitores baptizati, ſiue baptizatę, inter Patrinum, ac patrem, & matrem baptizati. Conc.

Conc.

Hanc cognationem nullo pacto impedire mentiti ſunt, Luter [a] Zuinglius [b] Melanton, [c] & Beza [d]

Habet tamen fundamẽtum in ſacris Concilijs Niceno [e] Calcedonenſe, [f] & apud magnum Gregorium. [g] Apud Papam [h] Deus de dit; Bonifacium Octauum, [i] & alios quamplurimos Summos Pontifices quos breuitati conſulentes ommittimus.

a Lut loc. cit.
b Zuinglius. epiſt. ad Eluetios
c in loco comm. cap: de coniugio.
d Beza lib. de diuortijs.
e Niceno. cap 21 & 23.
f Calcedonenſe apud Gratia. 30. 94
g Greg. decret. 4 cum 58. epiſcop. excom. facto.
h Ep ſt ad Gordianum Epiſcopũ Hiſpalenſem.
i Boniſ 8. decr. tit. 3. de cognat. ſpirit. c. 1.
cap. vnico de cognat. legali.

Tertia, eſt legalis quæ contrahitur per adoptionem alicuius in filiũ, & hęc oritur inter adoptantem, & adoptatum, & filios, nepoteſque adoptati, inter filios adoptantis, & adoptatum, & inter vxorèm adoptantis, & adoptatum, vxoremque adoptati, & adoptantem c. vnico de cognat. legali.

Crimen dirimens multiplex eſt aut enim alter coniugum occidit coniugem ſuam animo contrahendi cum alia, & eſt nullum matrimonium cap. [l] laudabilem, Vel ſi ambo Adulterium committant cum promiſſione matrimonij. c. ſignificaſti. [m]

l. cap. laudabili

m cap. ſignificaſti de eo qui duxit vxorem.

Vel

Vel tandem qui poſt matrimonium ratum cum vna conſumat cum alia, & hoc triplici modo intelligitur quod ſit dirimens matrimonium. c. veniens. a

Cultus diſparitas ſiue Religionis diuerſitas eſt quando inter baptizatum, & non baptizatam, vel e contra contrahitur tunc enim, non tenet matrimonium, vbi enim non eſt baptiſmus non eſt ſacramentum, ſi verò vterque ſit baptizatus, alter tamen hæreticus, matrimonium tenet, ſed eſt illicitum.

Vis, quando ſcilicet per metum, aut violentiam alter coniugum cogitur ad contrahendum.

Ordo, cum vir eſt in ſacris conſtitutus, & remanet ſi contrahat excommunicatus. Clement: 1. b

Ligamen; eſt, quando iam vir habet vxorem, aut e contra non enim poteſt cum alia contrahere, & quia multi in his partibus fingunt mortuum coniugem ſuam, vt alteri valeant nubere, & hoc pacto Poligami euadunt ideo nedum iſtos, ſed etiam teſtes qui hanc falſitatem ſcienter deponerent excommunicatione innodamus, vt ſupra c

Honeſtas publica; intelligitur quando quis ſpopondit ducere Bertã, tunc non poteſt ea vi-

a Veniens & c. propoſitum, de eo qui duxit.

b Clem. 1. de conſang & affin

c vt ſupra de poligamia.

uente, vel mortua contrahere cum conſanguinea in primum gradu. Trid. [a]

Aſſinitas, & hæc reſultat ex matrimonio conſummato, ſiue ex copula licita, ſi enim Franciſcus cognouit Antoniam ſuam vxorem ea defuncta non poteſt contrahere cum illius conſanguinea intra quartum gradum, quod ſi illicite cognouerit, & non fuerit vxor, ſed fornicaria infra ſecundum. Cognoſcens autem conſanguineam vxoris cognitæ excommunicatur per Clem. [b]

Vltimum impedimentum eſt impotentia coitus, ſiue conſumationis, impotentes enim impotentia naturali perpetua nullum faciunt matrimonium· Vnde matrimonia ſpadonum propter hanc rationem nulla eſſe declarauit Sixtus V.

Et hæc de ſacrament is, ac de toto ſynodo dicta ſufficiant. [d]

Donet Dominus, vt hæc omnia obſerue-tis tanquam virtutis amatores de bono Chriſti odore, ac ſancta conuerſatione flagrantes, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti, vt autem in hoc libello tanquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatur quiſque apud ſe ipſum habeat, ac ſępę a vobis legatur, qui au-

[a] *Trid. ſeſſ. 24. cap. 3.*

[b] *Clem. vn. c. conſanguin.*

Sixtus V. in bulla ann. 1587.

tem viderit ſibi aliquid deeſſe doleat de preterito, caueat de futuro, orans; vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducantur Auguſti. Explicit Synodus Vmbriaticen.

ſic Auguſt. terminat regulam Cleric.

Fuerunt lecta præſentia decreta, & ab omnibus approbata.

APPROBARVNT.

Pro Ciuitate Vmbriaticen.

D. Ioannes Vermicolus Decanus,

D. Saluator Fontana Vicarius Foraneus & Procurator Capituli.

Pro terra Ciro.

D. Mutius Biſanti Archipresbyter.

D. Petrus Peluſo Parocus S. Mennæ.

D. Ioannes Franciſcus Naſca Parochus Sancti Ioannis.

D. Leonardus Morelius Parochus S. Margaritæ.

Pro Terra Crucoli.

R. D. Iacobus Criſpo Archipresbyter.

R. D. Marcus Ant. Conſentinus Parochus.

R. D. Marius Rizzo Procurator R. Cleri.

Pro Terra Caſebonæ:

R. D. Natalis de Vrſo I. V. D. Archipresb.

R. D. Marcus Ant. Ciamarus Proc. R. Cler.

Pro

Pro Terra Meliſſæ.

R. D. Tiberius. Caruſius Archipresb.
R. D. Ioſeph Raffa Parochus.
R. D. Ioannes Baptiſta Parochus.
R. D. Saluator Ingliſius Procurator R. Cler.

Pro Terra S. Nicolai dell'Alto.

R. D. Io. Dominicus Vico Archipresb.
Clericus Iulius Baſta Procurator R. Cler.

Pro Terra Zinghæ.

R. D. Iacobus Puerius Archipresb.
Clericus Iulius Gallo procurator R. Cler.

Pro Terra Carfizzi.

R. D. Franciſcus Menza Archipresb.
R. D. Lucas Antonius Biſulca procur. R. Cler.

Pro Terra Palagorij.

R. D. Antonellus Siſeo Archipresb.
Clericus Michael Ang. Siſeo proc. R. Cler.

Cum hęc ita fuerint publicata in noſtra Generali ſynodo ſub die 8. Septembris 1652. & ab omnibus recepta, & approbata, pręcipimus, vt illa obſeruent, alias pœnas impoſitas incurrent.

Quæ autē dicta ſeu potius cōnexa ſunt ſingula Apoſtolicæ Sedis correctioni ſubijciūtur.

Fr. Thomas Thomaſſonus Epiſc. Vmbriaticen. et Baro Sancti Nicolai de Alto.

D. Io. Leonardus Caiazzo Seg.

FINIS.

Legat lector omnino errata, quia mei infortunio opus erroribus mixtum eſt, & in materia etiam in marginibus quæ vulgo dicuntur poſtillæ, quę ſi non hic corrigantur non placebit legenti.

Errata	Corrige
pag. 5 eredimus	credimus
7 recedat	recedet
7 mitrere	mittere
11 anrea	antea
11 ferantut	ferantur
11 Bellarmiuns	Bellarminus
14 hyacinti,narū	hyacintinarū
15 quia	qui
15 pſalmada	pſalmodia
15 conc iliū bracharenſe	conciliū bracharen. can. 5
15 parophiæ	panopliæ
16 eiſt ad	epiſtola ad
16 qua	quam
16 Auguſtinus	Auguſt. 3. de Trin. cap. 10.
28 quam	quod
30 miuſtrorum	miniſtrorum
31 nullum	nullus
31 Grutian	Cratianum
32 ad caſulatum	adCaſulanum
34 de couſecr	de conſecr.
37 debet	debent
40 eccleſia	eccleſias
44 præſérauerint	præſentauerit
44 ob inuerint	obtinuerit
46 fer. 4. ſexag.	ferm. 4. ſexag.
47 invna veſtam	in vna veſtan.
59 magrum	magnum
60 Vmbriaciſentibus	Vmbriaticenſibus
68 Caput IX.	Caput XIV.
72 comitratur	committatur
75 facta	fracta
79 Iſid.	Trid.
88 noletes	nolentes
88 enentur	tenetur
90 erogruerit	erogauerit
91 conqerente	conquerente
93 Turrecremaia	Turrecremata
95 acupationem	accuſationem
95 inuolata	inuiolata
99 formiliares	familiares

Errata	Corrige
100 586	1586
101 hominis	homines
113 ſe conferent	ſe conferent
113 parochis	parochus
116 vulgodorum	vulgo dicitur
119 ſexta	ſexto
120 deſtinauit	deſtinari
172 eleemoſinas	eleemoſinam
127 ergo ordinamus	primo ordinamus
128 contendunr	contendunt
134 art. 60	art. 6.
135 emetſerit	emerſerit
140 ligati manebant tradit	ita tradit
141 Bub Trullés	ſynod. Trullés
145 teneantior	teneantur
147 1627	1627
147 627	1627
151 Paulus 31	Paulus
155 Iacobus Victor	Iacobus Victriacus
156 ſi ad peccarum	ſit ad peccatum
159 Caput quintum de caſibus reſeruatis	Cap. 5. de caſibus reſer. & de 3. par. ſacramenti pœnit.
160 blaſphemauit	blaſphemauerit
163 illum	illam
167 qui	quod
177 horum	habetur
178 inter hoc teſtatus eſt etiam poſuit Auguſtinus	inter poſuit, hoc teſtatus eſt etiam Auguſtinus
179 nuſi	niſſis
183 ſquenti	ſequentibus
186 Concilium Granatenſe	Concilium Grangenſe
188 ordinamus debęt	ordinamus quod debeat
188 Dong.	Cong.